

23

DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,
DE
R E M E D I I S
ABBREVIANDARUM
LITIUM,

quam
EX CONSENSU ET AUCTORITATE
MAGNIFICI ET AMPLISSIMI
JUTORUM COLLEGII,
IN ILLVSTRI LVDOVICIANA,
PRÆSIDE TRIUNO DEO,
PRO SVMMIS IN VTRO QVE JVRE HONORIBVS
ET PRIVILEGIIS DOCTORALIBUS
RITE AC LEGITIME CAPESENDIS,

AD DIEM 30. AVGUSTI

H. I.Q. C.

EXCELLENTISSIMIS ACADEMIÆ
PATRIBUS
PUBLICÉ VENTILANDAM EXPONET
GODEFRID. LAMMERTZ,
COLONIENSIS AD RHENUM.

GISSÆ-HASSORVM,
LITERIS JOHAN. REINHARDI VULPII, ACAD. TYPOGR.

1703.

P R A E F A T I O.

Votidianum est , illos , qui conscribenda Disputationis Inauguralis curam gerunt , potissimum in materia quadam rariori seligendâ operam navare , in quâ p r a c i p u è vires ingenii exercere possint , per L . i . ff de integr . rest . L . i . de appell . L . i . de orig . jur . Quare cum diu multumque de illustri quodam themate , quod dignitate pariter suâ , atq ; utilitate sese commendaret , cogitarem , tandem occurrit illud de Re mediis abbreviandarum litium meletema , hujus enim sive facunditatem , quâ per omnes universitatis partes se diffundit , sive utilitatem , eo quod ex litium multitudine & diuturnitate metuendus totius Reipublicæ interitus ; Joh . Pet . Surd . decif . 120 . n . 8 . per L . sicut . C . de tempor . appellat . Morla in emp . jur . part . 1 . tit . 4 . quæst . 2 . n . 9 . probè perpendamus , ceteris facile omnibus palmam præcipere liquebit , non enim tantummodo Citorum & Politicorum proprium esse debet , consilio lites abbreviare , Port . conf . 142 . num . 76 . & Rutger . Ruland . in tract . de Commiss . P . 1 . lib . 2 . c . 20 . n . 2 . verum & Magistrati maximo pere incumbit tam auctoritate quam auxilio per modum legis condendæ lites finire , tollere , minuere , L . properandum 13 . C . de judiciis Petr . Heig . part . 2 . qu . 7 . n . 1 . nam ut inquit Anton . Faber lib . 9 . Cod . for . tit . 22 . def . 1 . in princ . Conqueruntur omnes de litium & civilium & criminalium diuturnitate , ubique ferè gentium ; tanta que nunc ubivis litium est multitudo , ut nec in Camerâ Imperiali , nec in aliis inferioribus Judiciis saluberrima L . Properandum servari queat . Gail . 1 . Observ . 141 . num . 7 . Myns . 2 . obs . 48 . Schvvanm . lib . 2 . Proc . Cam . c . 4 . num . 6 . Fateor quidem complu-

res dari materias, quæ si non majorem, insignem tamen usum obtineant; cum verò hæc placuerit, ceteras quas vel de actionibus præjudicialibus, vel de jure Novercarum, vel de jure præferentiae initio meditabar, lubens neglexi, & quanquam materie hujus difficultati me vix respondere posse non ignorarem, onusq[ue] hoc nimium, quam quod ferre humeri valerent, videri potuisset, elegantiam tamen ejusdem considerans eam pro dignitate suâ & posse meo excolere atq[ue] elaborare sancte proposui. **Enim** verò cum Wetzflariam concessisse, ut apud Augustissimum Tribunal partibus ibidem mihi demandatis fungerer, non paucæ intervererunt, quæ intentionem meam & propositum me invito interverterent. Quod si igitur ego nec amplitudinem materie, nec sublimitati ejus ubique satisfecero, id apud equos rerum arbitros valitum esse confido, & licet præsentis tempore litigia ad aeternum propagari videantur, imò de aeterno moveantur, secundum illud Poëtæ: **De summo lis summa bono.**

interim, quomodo humana litigia humano more abbreviari, tolli, minui possint, breviter conscribam, & discurrendo explanabo, quod sit Officium Magistratus seu Judicium, Personarum judicii, Partium & Advocatorum, in litium multitudine abbreviandâ, minuendâ, tollendâq[ue]; litium dispendia, notationes, causas tam speciales, quam speciaissimas indagabo, deinde remedia aliquot una cum aliis sci-tutam jucundis quam proficiens explanabo. Sed tu **DEUS** conatum hunc meum itarege & dirige, ut hæc vergant ad corrigenda & finienda hujus seculi innumeræ litigia, **SS. Imperii** conservationem, justitiae defensionem, in justitiæ & propulsationem, sui cuiusq[ue] tributionem & nominis diviniti gloriam. **At** verò

Lites quas præsens ætas, nec postera tolleret,
Tu tolle adventu, Christe Benigne, tuo.

CAP. I.



CAPUT I.

De Origine Nomine & Divisione litium.

Dicitur abbreviatione dicturus operæ
præsumptum esse duxi, de origine & nomine nec
non definitione litis initium fasere, quibus
præognitis fecurior erit mali litigiosi cura,
omnis enim doctrinalis & instructiva, sive re-
formativa à vocabulorum cognitione & defi-
nitione incipit, gl. in L. liberinum. n. 5. C. de
oper. liber. Mantic. de conject. nle. vol. lib. 1.
tit. 1. n. 1. Aristotel. lib. 1. de Cœlo, c. 11. & lib. 2. Soph. Elench.
c. 2. tum quia turpe est prius determinare, quam terminos intellige-
re, tum quia natura ab elementis incipit, Angel. cons. 110. Prosp.
Farinac. l. 1. proc. crim. quest. 36. num. 1. & 2. Joh. Baptist. Mag.
de rect. patr. rat. p. 1. c. 2. num. 1. Scalig. exerc. 359. seet. 1. Negle-
ctus enim vocabulorum, rerum parit incertitudinem, sicut et contra
intelligenter cognitionem, Oldend. class. 4. act. man. Jac. Rick.
tract. de unione prol. c. 1. num. 1. Rutger. Ruland. de Commiss. lib. 1.
cap. 2. War. de Erenb. lib. 1. de fœd. cap. 3. n. 2. Sicut autem de-
finitio primum in omni arte præceptum, ita duplex ἀρχὴῶν,
sive nominis, & πρᾶγματῶν, i. e. rei, quorum illa continet ety-
mologiam, & polysimiam vocabulorum, hæc proprietatem rei
ostendit, Piccol. in Com. pol. pag. 1023. Arist. lib. 2. post. cont. 72.
ἀρχὴ ἐστιν πρᾶγμα Cic. 1. off. Dd. in L. 2. §. appellata est. de reb. cred.
Decian. cons. 123. num. 81. volum. 3. Pet. Fab. 2. se mest. cap. 2.

Spann. tr. de nov. op. nunc. num. 136. Nomen LITIS diversi diversimodè derivant. Alii enim item quasi LICET dicunt, sc. media lit. T. mutata, è quòd omnis concertatio ad licitum & illicitum se habet, ut effectus ad causam, *Vultej. lib. 1. I.R. cap. 31. num. 2.* Gæd. ad L. 36. n. 4. de V.S. Sed hac eadem notationis ratione lis à licio derivari posset, quod litis eventus sit æque dubius ac flagilis ac licium, h. e. filum, sive stramen, *Gell. lib. 16. noct. att. c. 10.* Adr. Turneb. lib. 3. advers. c. 23. Coras. lib. 7. miscell. c. 3. num. 2. per L. quod debetur. s1. dè pecul. Alii item à limite deducunt, quod antiquissimæ & primæ lites de limitibus sive terminis in agro positis ortæ fuerint, germ. **Markstein** / qui fossis etiam distingui solebant, *Frontin. de qualitat. agror. c. 1.* Montan. de fin. reg. cap. 2. Heig. p. 1. qu. 2. num. 46. Isidor. L. 18. etymolog. Borch. tr. d. transf. c. 3. num. 3. Gilhaus. in arbor. iud. c. 6. p. 2. §. 10. num. 5. perc. forus. 10. §. lis. x. de V. S. auth. habita. C. ne fil. pro Pat. ubi Dd. L. arbor. 19. Comm. divid.

Alii, quibus & ego assentior, item à Germanico **Liden** sive **leyden** non incommodè derivari conjiciunt, secundum vulgare apud Saxones litigantium: **Liden** / was Urthel und Recht mitbringt / Psalm. 9. v. pen. in versione Lobwass. commenda ta à Sleid. lib. 15. Comm. fordere für dein Gericht die Leyden / daß sie da Recht und Urtheil leyden. fac. 1. diem. 27. §. 2. ibi: aequo animo ferre debet, de Recept. arb. Latinos item hoc concertationis genus vocare, tametsi ejus significationis causam prorsus ignorent, ait Ant. Mar. Spelta lib. 2. Della Pazzia dilett. c. 10. Joh. Gorop. Beccan. lib. 4. Hierogl. p. 53. Cimmeris Lit dolorem & tormentum denotat; qua de re factum, ut gravissimum hominis tormentum item vocarint, hinc forum à terendo dictum, quod habent Magistratus activè, & litigantes passivè. *Vultej. in l. 1. num. 7.* C. de jurisd. Gilhaus. in arb. iud. cap. 1. num. 2. Sic Julianus Apostata de Christianis ἐπέτεον τὸ ναῦν τράδεν, vestrum est injurias perferre. *Marcell. lib. 22.* P. Greg. Tholos. lib. 47. synt. jnr. un. c. 1. n. 9. Denique in simili Vasallum à Westphalico **Vas selen / unrecht Guch vaselt nicht** / & ligium quasi **Lidig**. Mann h. e. patientem, sibi dictum videri ajunt *Lud. Grempius*, & *D. Rosenth. tr. feud. c. 2. concl. 4. n. 7.* Bocer. d. 4. disp. feud. et si verborum etymologia, ut ait Valla, plerumque sit fallax & fri-

vola,

vola, nisi fideli fundamento nitarur; atramen quoties interpretatione res, de qua queritur, eget, aliquando, ut *Quintil.* ait, usum necessarium habet. *Parlador.* lib. 1. rer. quot. c. 14. Ergo eligat, quam sibi quisque velit notationem litium, quia non semper magnopere consideratur, *Vasq.* lib. 3. illustr. controv. c. 3. num. 20. *Warem.* de Erenb. lib. 1. de fied. c. 3. num. 39. non enim puerorum Reges, sed Leges sequendae, in quibus assequendis aliquando divinare licet, *Zaf.* in *L.* si duo. §. *Marcell.* ff. de jurejurand.

Polysimia, & significatio vocabuli litis duplex est: una *vulgaris*, altera *juridica*: Vulgariter & frequentius litis vocabulum sumitur pro rixa, seu controversia inter duos pluresve extra judicium mota, *L.* servus. 20. ibi. rixa ex litibus & contentione nata, de *V.O.* L. 1. de jurejur. L. 21. in fin. de reb. cred. L. 1. §. 1. de litig. L. 25. §. fin aut. 7. de petit. hered. *Gæd.* ad *L.* 36. num. 3. §. 4. de *V.S.* *Ovid.* lib. 2. de arte am.

--- *Dos est uxorialites;*

Et ibi: Nulla fere causa est, in qua non femina litem moverit;

Item: Semper habet lites, alternaque iurgia Lectus;
In quo nupta jacet minimum dormitur in illo.

Juvenal. Satyr. 6. v. 267.

Qui capit uxorem, litem capit atque dolorem;

Qui caret uxore, lite caret atque dolore. *Prov.* 21.

sic *Roma* inscriptum reperitur: Heu Uxor! etiam mortua litigas? Felicior *Macrinus*, qui cum Uxore 39. annis vixit sine iugio, lite, & offensâ. *Plin.* lib. 7. epist. ad *gemin.* *Camerar.* cent. 1. medit. hist. c. 51. in f. *Ovid.* lis est cum formâ magna pudicitiae, cuius litigii dubitationes & decisiones refert *Henr.* *Kornm.* tr. de jure *Virg.* c. 99. *And.* *Schœffer* in diff. *Jena* hab. de hoc vers. c. 1. n. 7. *Ovid.* 1. *metam.* Hanc Deus & melior litem natura diremit; *Cic.* lib. 4. de rep. *Marcel.* lib. 5. de indi. gen. Non iugium levior res est, si quidem inter propinquos dissensio, inter inimicos lis appellatur.

Controversia est, quando aliquis molestatur sive agendo, sive excipiendo, sive de jure, sive de facto, sive in iudicio, sive extra iudicium, etiam ante litem contestatam *Dd.* in *L.* sed si lege. §. si ante litem, de petit. hered. *L.* non solum. §. si statum. de Procurat. Alex. conf.

conf. 177. col. 1. vol. 5. Unde si quis promitterat controversiam non movere, committitur stipulatio, sive agendo, sive excipiendo, tam ante, quam post litem contestatam. *L. cui necessitas, pr. de lib. causa. L. si controversia. C. de evit. L. congruentius. C. de patr. pot.* Usque adeò, ut & controversiæ nomen molestiam, quam defacto quis alicui exhibet, complectatur, *Gl. & Dd. in L. Lucius. §. tres. ad Trebell. Dec. res p. 57. num. 11. vol. 1. & res p. 67. num. 17. vol. 2. Dn. Pruckm. conf. 41. num. 36. & conf. 50. num. 21.* molestia enim controversiæ æquiparatur, & tam ante, quam post litem contestatam dicitur, *Alex. conf. 52. col. 1. vol. 2. Bart. in L. si prius pr. opp. 5. num. 3. de novi op. nunc. inquietationem judiciale vocat molestiam; Latior itaque lite est controversia: quia judicialis & extrajudicialis dicitur, Job. ab Indag. in L. Lucius. §. tres. ad SC. Trebell. Corn. conf. 267. vol. 4. Bald. in L. causas. C. de transact. ubi ait: controversia sine lite esse potest.* Hæc de vulgari litis significazione.

Juridica iterum duplex est, *laxa & adstricta.* Laxa, sive generalis, est res quælibet controversa, in judicio vel extra illud; *Varro lib. 4. de ling. lat. Cujac. obs. 9. c. 21. Ferr. in praexerc. lib. 2. c. 2.* Adstricta, sive specialis significatio litis, de qua in judicio tantum agitur, *L. liber. 31. §. litem, ff. de neg. gest. L. 3. §. si per. ff. de act. Empt.* & hæc est, de qua potissimum hic agere intendo & significat aut actionem, sive causam, tam personalem, quam realem, *L. 36. de V. S. L. 15. §. si prope. ad SC. Turpil. L. causas vel lites 16. C. de transact. L. 2 ff. ind. solvi. Sichard. ad L. 4. n. 9. C. de Paet.* Unde lis & actio pro eodem dicuntur, *L. lis. 4. ff. de judic. L. cum servus. 104. d. re judic.* Ita dicitur: litem esse *L. 4. de judic.* litem audire, litem in judicium deducere *L. si mater. 11. §. hoc. de except. rei jud.* litem estimare, *L. semper. 15. §. hoc. 7. ff. quod vi aut clam, litem inferre & litem offerre quis dicatur, vid. Mynsing. 4. Inst. tit. 13. num. 1. & 2.* Quanquam alias magna sit distantia inter litem & actionem; *Actio enim est jus, rem controversam, que mihi debetur, in judicio persequendi, princ. Inst. de Act. lis vero est ipsa res controversa, seu controversia de certa aliqua re,* atque jus minimè appellari potest. *L. 31. §. 2. de neg. gest.* aut lis significat instantiam, sive judicium, quæ est actionis exercitatio à litis contestatione incipiens, in definitivam certo triennii tempore (intellige de

de jure Civili) coarctata, c. forus, de V. S. L. properandum. §. C. de jud. ubi utraque significatio L. 2. C. de juram. calumn. L. un. C. ut in cert. temp. crim. quest. termin. unde litis contestatio est initium Instantiae, Bald. Salic. Paul. Cast. Alex. & Jaf. in L. properandum 13. §. 1. C. de Jud. vel etiam artus contradictorius, litis contestationem representans, Afin. in prom. praecl. c. 3. num. 38. Jaf. Schult. obs. for. 7. n. 8. quamvis instantiae vocabulum propriè sumptum pro continuatione processus in iudicium deducti, opponatur liti. L. & si post edictum. 73. §. 2. de jud. L. 8. §. 3. de fidej. peremptâ enim instantiâ non statim perimitur lis, sed ex integro adhuc litigari potest. L. 73. §. 2. de judic. L. 11. §. pen. ff. de Instit. act. L. 37. in f. ff. de paet. dot. c. coram extr. de rescript. deinde quoque hoc discrimen inter litem est & instantiam, quod quando appellatur, duæ efficiantur Instantiae, una eademque vero maneat lis. Sic causa accipitur pro Instantia, cum lis completa & lopita est arg. L. 4. C. de paet. Bartolus opinatur causam nominari ante & post litem contestatam, litem vero post litem contestatam tantum. Bartol. in L. causas. 16. C. de transact. per text. ibid. causas, vel lite amplius. 15. rem rat. haberi. L. Vinum. 22. de reb. cred. arg. auth. qui semel. C. quom. & quand. jud. sed alii, rectius responderi assertunt: particulas disjunctivas interdum copulativè proferri, ut hinc L. 4. C. de V. S. sicut è contra copula Et resolvitur etiam in disjunctivam. Vel. L. pen. C. de V. S. Felin. c. 2. n. 34. extr. de rescript. Zang. de except. c. 1. n. 3.

Sumitur & pro iudicio L. 14. §. 1. de alien. jud. mut. L. 13 princ. & §. 1. C. de jud. propriè tamen loquendo lis & iudicium differunt. Hoc enim est inter tres personas, judicem, actorem, & reum: Illa vero duntaxat inter Actorem & Reum, eandemque iudex decidendo demum tollit.

Postremo pro re controversâ, & in iudicium deductâ accipitur, l. 47. de R. V. L. 8. de eo quod cert. loc. notanter dixi: iudicium deducta; quoniam res controversa, seu, quod idem est, controversia circa rem, sit tam extra quam in iudicio: postquam vero eadem controversia in iudicium introducta est, demum lis appellatur. Marant. specul. jur. part. 5. n. ult. Imo multi è erroris devenerunt, ut opinentur controversiam inter actorem & reum motam ante illius contestationem non posse vocari litem, ast

illum errorem manifestat *L.* 73. §. pen. de *Jud.* insuper etiādem patefacit & hæc ratio, quod si lis ante sui ipsius contestationem non existeret, non entis nulla sunt accidentia.

Deinde lis interdum dicitur mota, interdum accepta; mota, sive controversia, quando Reo in jus vocato libellus conventionis offertur, *L.* 1. *C.* de *jud.* §. ult. *Instit.* de *pœn. tem. litig.* *L.* non *solum.* 39. §. si *statim.* 5 ff. de *Procurat.* *Nov.* 112. §. 1. *auth. lit.* *C.* de *litig.* *L.* *pen.* & ult. *C.* de *except.* At hoc facto lis nondum contestata, igitur & ante contestationem lis dicitur catastrophicus *Zang.* *tr.* de *except.* c. 1. n. 3. *Bocer.* *class.* 5. *disp.* 19. *tb.* 9. ubi ait: litem dici, antequam colligator in jus vocetur; Verius tamen est, litem propriè dici cum facta sit litis contestatio, & judicium acceptum, *L.* un. *C.* de *lit.* cont. 1. 16. ff. *rem rat.* *hab.* *L.* 1. *C.* de *jud.* *Dd.* in *L.* *causas.* *C.* de *transact.* vocant magis communem. *Mar.* in *sp.* q. 5. n. 64. *Gail.* 1. *obs.* 74. quicquid dicat *Alciat.* 2. *disp.* 24. lis enim tum primum moveri dicitur, quando contestatur, quo velut ad anchoram recursus est, c. ex parte 2. ext. de *V.* *S.* ubi gl. *Abb.* & alii com. antea verò non quidem lis est, sed potius præparamenta quædam ad litem sunt, *Abb.* in c. super *questione.* extra de officio delegati. in quam *Sen.* *Bald.* venustè loquitur in *L.* un. §. simili modo. 3. *C.* de lat. *lib.* tollend. figuram judicij propriè dici à litis contestatione inclusive, sed ante litis contestationem non propriè dici figuram judicij, quia nondum sit judicium, sed judicij præludium, *Fr.* *Pfeil.* *conf.* 160. num. 18. Ratio, quia lis contestata, & judicium acceptum pro eodem dicuntur *L.* cum. 31. pr. de reb. cred. *L.* 2. de *Ufir.* *L.* 40. princ. de pet. hered. *L.* propter. 20. de *R.* *V.* *L.* 1. *C.* de *jud.* *L.* 15. *rem rat.* *hab.* At judicium à litis contestatione incipit, nullumque judicium ante litis contestationem, igitur lis etiam propriè dicitur post judicium cœptum, sive litem contestatam, *L.* 1. *C.* de *jud.* *Nov.* 112. c. 1. pr. *Gail.* 1. *obs.* 74. num. 2. Deinde litis contestatio à *JCris* vocatur litis exordium. c. super 27. ubi gl. verb. litis. ext. de off. & pot. jud. deleg. & ibid. *Felin.* n. 6. quod communiter approbatur à legistis in *L.* properandum *Cod.* de *jud.* *L.* un. *C.* de plus pet. ubiq. gl. verb. inchoatam. *L.* cam fundus 31. de *R.* *C.* *L.* adiles. 25. §. item sciendum, ff. de adil. edit. non, quod ab eo controversia, sed

fed lis pri
L. edita nu
Syno
L. 16. C. de
f. de Arbitr
34. deneg.
de Edend. L
(7.) quere
L. 29. L. 37.
C. de juri. C.
in. L. 10. C.
supt. (11.)
versa. Itali
Platen/ An
Republ. Ang
Händel/ sc.
Caula
à nonnullis
quà judicium
nra ead. can
in coron. nur
species reru
Bartol. in L.
iuruer. Bri
n. 2. Sed h
dicium dedu
tenent come
Curt. Jun. in
hinc Caufic
quis 6. Cod.
quod qui ca
discep. extr.
benevoloru
dicitur esse,
hoc Jurgiun
lio hic acc
tusa & lis i

sed lis primum incipiat, arg. c. ex parte. 30. ext. de V.S. Donell. in L. edita num. 17. C. de edendo. Hæc de Polysimia.

Synonyma LITIS vocabula sunt: (1.) causa, §. 33. 7. de action. L. 16. C. de transact. L. 1. §. 1. de testib. (2.) litigium, L. 49. princ. ff. de Arbitr. (3.) jurgium, c. 10. ext. de V.S. (4.) disceptatio, L. 34. deneg. gest. L. 3. C. de Ord. Judic. (5.) contentio. arg. L. 1. pr. de Edend. L. 24. de dol. mal. (6.) quæstio L. 2. Cod. ut. lit. pend. (7.) querela L. 7. L. 8. & passim t. t. de inoff. testam. (8.) actio, L. 25. L. 37. de O. & A. (9.) negotium, L. ult. C. de error. Advoc. L. 7. C. dejur. & fact. ignor. (10.) controversia, L. 25. §. 7. de hered. petit. L. 10. C. de acquir. vel retinendâ poss. L. 10. C. de long. temp. prescript. (11.) res controversa, Calvin. lexic. Jurid. voc. res controversa. Itali vocant: *Contrasti*, piati, Galli: *Plaiderie*, Batavi: *Platen* / Angli *Pleas*, & placitare pro litigare, Thom. Schmit. de Republ. Angl. c. 9. Germani: *Streit* / *Haber* / *Zandt* / *Rechts* / *Händel* / &c. Faber in thes. voc. Lis.

Causa à catu dicta, negotium controversum significat, & à nonnullis facti species nuncupatur, aut materia judicij, super quā judicium radicatur, L. postquam. 3. C. de paet. t. t. C. ne liceat in unā ead. caus. c. forus. 10. extr. de V.S. Calvin. lib. 1. proc. jud. cap. 5. in coron. num. 2. ubi tot causarum distributiones facit, quod sunt species rerum in judicium deductarum. L. petitor ff. de liber. caus. Bartol. in L. imperium. de jurisdict. Aliás causæ vocabulum πενταγονον. Briss. in Lex. lib. 3. de V. S. verb. causa. Zanger. d. cap. 1. n. 2. Sed hīc cum Cicerone causam definimus rem ipsam in judicium deductam, tam ante, quam post litis contestationem, ubi tenent communiter scribentes, teste Dec. in nr. de jud. num. 4. Curt. Jun. in L. more. n. 83. de jurisdict. Mandos. ad cons. Rom. cons. 412. hinc Causidici, qui causas, sive lites tractant in judicio, L. quisquis 6. Cod. de postul. Jurgium dicitur, quasi juris gatrium, eo quod qui causam dicunt, jure disceptant, c. forus gl. verb. jur. discept. extr. de V. S. Cicer. 4. de republ. ubi inquit: Si jurgant, benevolorum est concertatio, lis inimicorum, & non jurgitum dicitur esse, Joh. Magon. de rectâ patr. rat. p. 2. c. 46. n. 2. Però hoc Jurgium ad uxorem, cuius consilio fiunt hæc omnia. Quæsto hic accipitur pro dubitatione, nam antè dijudicationem, causa & lis in judicium deducta dubia est. arg. L. quod debetur. si.

de pecul. & L. Lucius 78. §. fin. ad Sct. Trebell. Zanger. de except. c. 1. num. 4. ubi omnia litis, cause, questionis vocabula generaliter accipit; alias questio sit extra judicium. Marant. p. 5. Spec. aur. num. 68. quod magis dubium dicit Phil. Com. cons. 267. vol. 4. quasi questio dicatur lite contestata, ante verò, quam lis contestetur, querimonia dicatur. text. & gl. in L. 3. C. fin. reg. Abb. Panorm. in c. quia jud. n. 8. v. 6. extr. de prescript. Hermagoras apud Cic. i. Rhet. c. 2. questionem vocat, quæ habet in se controversiam in dicendo positam, sine certarum personarum interpolacione, vid. L. qui fidem. ff. de transact. ubi gl. dicit: Si quis questionem non petere promisit, quomodo cumque petat, incidit in poenam, sive ante, sive post item contestatam, Camill. de comprom. §. 2. gl. i. n. 17. Negotium dicitur, quasi negans otium, C. forum. §. negotium. de V. S. Procurator ad negotia potest in judicio, & extra illud tractare negotia litium, Mar. Spec. aur. p. 5. in f. Cam. Borell. de compr. §. 2. gl. i. n. 25. discordia dicitur ante item contestatam, gl. in c. ex parte d. 2. de V. S. Lanfr. de arb. ultim. quest. 12.

Usus in synonymis his litium vocabulis singularis est, ut si statuto caveatur, quod cause suspendi debeant, si advocati ex causa publica absint; aut si quis pro auctore promittat refundere expensas, si in causâ, lite, questione, aut controversia succumbat; an statuto, vel stipulationi locus sit, sive ante, sive post litis contestationem advo-
catus absit, aut absolutio fiat vel à totâ causâ, vel saltem ab instantia? certè statutum obtinebit, ex superiori litigiosarum vocum enucleatione, Joh. Bapt. Asin. in pr. jur. Civ. §. i. c. i. num. 16. Zanger. de except. c. i. n. 6. ubi alium subjicit usum, ut dijudicetur, quando inducatur vitium litigiosi, & litispendentia; Felin. in c. super. 27. col. 4. num. 6. extr. de off. deleg. sic questio, cum sit prolatâ à lège, dicitur tantum lite contestata: Secus si proferatur ab homine L. 2. & 3. C. fin. reg. Bald. in L. amplius ff. remrat. hab. Blanc. de compr. quest. i. n. 7. Unde infertur, si illa verbalis, vel questio reperiantur in statuto, non posse quem arctari ad compromitendum, nisi lis esset contestata, cum de proprietate illorum verborum non dicatur verificari statutum, nisi lite contestata, Cumano. cons.

conf. 17. Bla
finitionem.
Eltia
judicium de
tionem rei
ties. Ratio
junct. c. 10.
vocat rem
de lit. juv.
Sicut
distribuunt
vata; lites
venunt ext
at, in que
levandæ gr
i. L. infamer
re Canonico
bb. 5. sent. §.
Lites p
feudales, ci
minaliter a
cons. 257. ca
prob. concil. 4
jud. quest. ca
ubi mixtas a
dales à meri
nem Longob
de feud. cog
tus feudalism
2. Vigil. in
W. recup. po
ti secula app
bb. 2. com. o
Romanum i
de. Gras. 18
Weem. feud.

— 15 —

conf. 17. Blanc. d. quest. 1. num. 7. hæc de synonymis, nunc ad definitionem.

Est itaque *Lis* (pro ut hic sumitur, sc. pro re contentiosa in judicium deducta, sive processu) Legitima actuum ad disceptationem rei controversæ in judicio perficiendam necessariorum series. Ratio definitionis desumi potest ex L. 4. in fin. de interrog. att. junct. c. 10. de V. S. Setzer. de juram. lib. 5. cap. 7. num. 4. item vocat rem in judicium deductam, vel id quod interest. r. t. de in lit. jur. Sic LL. 12. tabb. rei vel litis arbitrorum tres dantur.

Sicut autem lites sunt variæ, ita etiam variè & diversimode distribuuntur. Et quidem primò lites aut sunt publicæ aut privatæ; lites publicæ sunt, quæ statum reipublicæ potissimum concernunt extra forum; non eo modo quo judicium publicum dicitur, in quo de causâ publica, publicæ utilitatis tuendæ ac conservandæ gratiæ in foro disceptatur, Vultej. lib. 2. f. R. cap. 25. n. 11. L. infamem. 7. & t. t. ff. de publ. jud. L. 1. & 3. de prævaric. aut jure Canonico, qto omnia litium judicia dicuntur publica, Clar. lib. 5. sent. §. 1. vers. hæc tamen gl. in c. infames, 6. q. 1.

Lites privatæ sive forentes, que in judicio tractantur, eque feudales, civiles, criminales, mixtae, &c. §. in summa. II. ibi: criminaliter agere, vel civiliter, Inßit. de injur. L. fin. C. eod. tit. Ang. conf. 257. cap. 3. quest. 11. can. 3. §. hoc autem. Mastard. vol. 1. de prob. concl. 463. num. 2. & vol. 2. coucl. 898. num. 10. Menoch. de arb. jud. quest. cap. 265. Zaf. conf. 29. lib. 1. Myns. Ress. 20. num. 2. & seqq. ubi mixtas addit, participantes de Civili, & Criminali. Lites feudales à merè civilibus distinguuntur, quia secundum consuetudinem Longobardorum & mores Italiae decidi debent, Laur. Sylv. de feud. cogn. q. 1. num. 57. Heig. p. 1. q. 1. num. 66. 2. feud. I. ubi textus feudalis pro lege in suā litium materiā, Wezenbec. conf. 93. n. 2. Vigel. in meth. feud. c. 1. reg. 3. Fachin. lib. 7. cont. c. 2. Menoch. in tr. recip. poss. rem. 15. num. 562. ubi ait, has consuetudines per multa secula approbatas & longo usu observatas esse. Mich. Graff. lib. 2. com. op. verb. feud. q. 11. secundum quas extra Imperium Romanum in Italia, Gallia, & alibi lites deciduntur; Guid. Pap. dec. Grat. 180. Boer. in Conf. Bitur. de feud. §. 3. gl. 1. Wezenbec. in proem. feud. n. 4. Vult. lib. 1. de feud. c. 1. n. 6.

Lites civiles sunt, quando per viam actionis ad commo-
dum privatum parti litiganti applicandum agitur. L. licita. §. quod
illicite. de publ. vētīg. Mar. dis. 1. num. 2. p. 4. Sapia. in L. imperi-
um. n. 17. de jurisd. Boer. dec. 309. n. 2. Gail. 1. Obs. 65. Zang. de ex-
cept. c. 1. num. 8.

Lites Civiles subdistinguuntur diversimodè, sc. in ordina-
rias, quæ secundum ordinarium juris processum tractantur; &
extraordinarias, sive summarias, quæ sine longo litis sufflamine
peraguntur, Zang. de except. cap. 1. n. 17. Gail. 1. obs. 7. n. 5. Dicun-
tur autem lites summariae duplicitè: primò, ratione ordinis Ju-
diciarii, ubi neque libello, neque litis contestatione opus est, clem.
sapè. de V.S. 2dō. summaria litis cognitio appellatur separatim, so-
lius probationis intuitu, quando videlicet semiplenæ probatio-
nes, præsumptiones & indicia sufficiunt; præsertim, si agatur de
re modici præjudicij; Gail. 1. obs. 160. n. 3. Personales, & reales;
personales, quando queritur de alicujus statu, aut obligatione,
quæ alias prejudiciales dicuntur, ne liti jam mota per novam, &
alteram item præjudicium fiat, gl. in L. 1. §. 1. de R.V. L. I. §. 1. ff.
famil. ercisc. L. fin. Cod. de petit. hered. Reyger. disp. 4. proc. jud. th.
n. 4. Königin pr. c. 43. num. 4. Major enim lis, sive quæstio, mi-
norem ad se trahit, seu prius judicandum de lite sive quæstione
majore, antequam ad minorem perveniat. L. scio. 4. de in integr.
restit. l. rei maj. 21. de except. Crav. conf. 280. vol. 2. Fui. Pacian. lib.
1. de probat. c. 58. n. 73. Zang. de except. p. 2. cap. 9. n. 4. Reales
sunt, quæ ratione dominii intenduntur, suntque rursus petito-
riæ, quando ipsa res vindicatur: aut possessoriæ, quando de nudâ
& solâ rei possessione litigantes disceptant, L. locatio. 9. (alias in-
cipit licitatio) §. quod illicite. de publ. & vētīgal. Vult. lib. 2. c. 25.
n. 11. ubi notandum, quod lites in petitorio inchoatae absorbe-
ant possessorium adhuc instituendum Aldobr. int. dec. Rot. Rom.
omnium novissimè p. 2. dec. 269. n. 5. per. c. cum dilectus. extr. de
causa prop. & poss. Goed. vol. 3. conf. marp. 32. n. 22.

Possessorium est vel ordinarium, vel summarium; ordinari-
um est illud, in quo servato juris ordine per exhibitionem libelli,
litis contestationem, & probationem ordinariam de possessione
litigatorum disceptatur, Menoch. remed. recuper. possess. 4. n. 270.
Andr. Clud. rer. quotid. cap. 4. n. 37. Summarium, sive, quod
idem

Idem est, summarissimum exinde dicitur, quia de possessione celeriter & summi non servato juris ordine in eo proceditur. *Petr. Frid. Mindan. de interdit. c. 13. num. 8.* quod etiam momentaneum vocatur, *Grav. lib. 1. concl. 7. n. 2.* aut summarissimum Asinarium, *Borgn. Cavalcan. part. 2. decis. 23. n. 105. & segg.* Vindicias quoque nonnulli ex antiquis id appellarunt, *Gail. 2. obs. 5. num. 4.* Hisce id est interim, quod scilicet interim is, cui possessio est assignata, possideat, donec in ordinario possessorio super eam plenius cognoscatur, *Joh. Yanez. Parlador. lib. rer. quotidian. cap. 10. n. 14.* Lusitanis: auxilium chartæ tuitivæ regalis, *Grav. dict. conclus. 7. n. 2.* Gallis Recredentia vel casus novitatis, *Rebuff. ad const. regn. Gall. tom. 3. tit. de mater. posses. art. 1. gloss. 1. n. 10.* Italies, nova provisio, *Menoch. in prelud. recip. posses. Belgis* remedium provisionale, *Gail. dict. obs. 5. n. 3.* quounque autem nomine tandem indigitetur, ubique id eo tendit, ne lite pendente super proprietate, vel possessione in petitorio vel possessorio ordinario, partes interim ad arma veniant, se invicem turbando, ensimque pro libello ostendendo, *Contard. ad L. diffamari. num. 17.* *C. de ingen. manumiss.* unde & nihil aliud est, quam præparatio, sive informatio ad finem alterius judicii statutum, aptitudine momentaneum, veluti etiam quandoque vocatur processus informativus. *Gail. dict. obs. 5. n. 3.* *Joseph. Ludov. Perusin. part. 1. decis. 20. num. 2.* Notandum autem possessorum summarissimum, neque ordinario, neque petitorio præjudicare. *Natta conf. 121. n. 2.* unde & sententia in summarissimo lata interlocutoria dicitur, non definitiva. *Gail. 1. obs. 7. n. 6.* *Rauchbar. part. 2. quest. 6. n. 7.* hinc formula sententiae: **dass Beklagter bey der Possession des streitigen Hauses** (vel si agatur de juribus ac servitutibus) **bey der Possession vel quasi der articulirten Gerechtigkeit / bis so lange er von Klägeren durch ein ordentliches possessorium oder petitorium daraus mit Recht entsezt / billich gelassen und geschützt wird/ ic.**

Lites Criminales minime dici debere, ait *Miscor. tr. de iurisdict. n. 76. & 139.* Sed contrarium verius assurit; lites etiam criminales dici, *Goed. ad L. 36. n. 5. de V. S. Cujac. lib. 9. obs. 21. Heig. p. 2. qu. 11. num. 8.* Germanicè **peinliche Sachen/ per L.**
TRANS-

transigere, C. de transact. L. 15. §. 4. ad SC. turpil. l. 14. de accusat.
L. 5. C. de jurisd. Pet. Denais. de jure meri Imp. pag. 5.

Suntque lites Criminales quæ delicta vindicant publicè, h. c. quoties pena corporis afflictiva delinquenti infligitur, vel pecunaria fisco applicatur gl. in L. 2. princ. de Sepulchr. viol. Zanger. de except. c. 1. n. 8. Myns. resp. 7. n. 9. Gail. 1. obs. 65. & 1. de PP. c. 15. n. 24. Ruland. de commiss. p. 1. lib. 2. c. 3. num. 7. priores explicat lites: **so Leib Seraff auff sich tragen/posteriores, welche keine Leibstraff nach sich führen; Cammerger: Ord. p. 2. tit. 28. utrinque dicuntur Peinliche Sachen/ non solum quæ penas corporis afflictivas continent, ut existimant Frid. de Process. lib. 1. c. 9. n. 22. & Cothm. resp. acad. 1. num. 194.** Sed & leviiores, infamiam, relegationem, confiscationem bonorum, & similes. P. 3. O. art. 110. ibid. an seinem Leib / Leben / und Ehren peinlich gestrafft. Reinking. de regimin. sec. & eccl. class. 2. cap. 14. num. 49.

Uuisus hujus distinctionis est: quod si plures lites in unum coincidunt judicium, prius Criminales quam Civiles sint terminandæ. L. pen. & ult. C. de ord. jud. Fachin. 1. contr. 43. in f. sicut & lites possessionis prius decidendæ quam proprietatis L. 37. de jnd. L. 3. C. fin. regund. Myns. §. prejudiciales. num. 17. Inst. de Act. Trenl. vol. 1. Disp. 12. th. 13. petitorum enim ante institutum, absorbet possessorum; sic lites civiles, quando graves & arduæ sunt, sapiunt naturam litium Criminalium, quibus æquiparantur. Bald. in L. parentes. ff. de test. per L. propter item 21. §. 1. de excus. tut. Zanger. tr. de except. c. 1. n. 15. & seq., ubi explicat: quænam lites sint arduæ, ex Joh. Bapt. Afin. in pr. cr. §. 1. c. 6.

Utræque lites Civiles & criminales rursum subdistribuuntur in temporarias & spirituales; spirituales dicuntur, quando cunque agitur de re quadam spirituali, vel annexa spirituali; ut sunt lites de articulis fidei. L. omni invocat. C. de SS. Ecclef. de sponsalibus, matrimonii. L. 16. & pen. C. de Episc. aud. c. accendentibus; extr. de excess. cler. Covarruv. tom. 1. p. 2. §. 12. num. 2. de infantibus expositis, L. nemini. 24. C. de Episc. aud. de lenocinio parentum vel dominorum, L. si lenones. 12. Cod. eod. de legitimitate. c. 5. extr. de qui fil. sunt legit. c. tuam. extr. de ord. cognit. lites usurariæ, de juramentis & Decimis, de beneficiis ecclesiastici-

facticis, quibus annexum est jus patronatus, **das Kirchen Lesehen.** Abb. Panorm. inc. consulere. 38. de Simon. Zanger. c. 1. n. 14. Item jus Sepulturæ. gl. in C. quanto extr. de judicio. Ces. Lambert. de jure patr. q. 9. pr. art. 9. n. 2. & seqq. Cum scilicet de jure talium rerum, non de facto litigatur. arg. cap. per tuam. extr. de ord. cogn. Myns. cent. 1. obs. 67. Wesenbec. in par. C. de Episc. aud. n. 2. denique lites mixtae dicuntur, in quibus quilibet litigator auctor & reus est, L. judicium. 10. ff. fin. regund. L. inter cohered. 44. 9. familia. ff. famil. ercisc. Zang. d. c. 1. num. 9. ubi tres alias litium mixtarum modos refert.

CAPUT II.

De causis litium forensium proximis ex personā judicis orientium.

Cognitis itaque, notatione, definitione, divisione & subdivisione litium, originem sive causas proximas indagare, hisque præmissis remedia specialia applicare necessum erit, cum igitur lites, ut supra dictum, dividantur in publicas & privatas, & de privatis duntaxat litibus hic discurrere proposuerim, ratione publicarum Lectionis Cupidum ad Publicistas sc. Reinking. Musc. Arum. Limnae. & alios brevitatis studio remitto. Speciales itaque lites oriuntur vel ratione *personarum*, vel ratione *causarum* seu *actionum*, personarum aut principalium, uti sunt *judex* & partes sc. *Auctor* & *Reus*, aut *accessoriarum*, veluti *Advocatorum*, *procuratorum*, *notariorum* & cæterorum in judiciis versantium.

Frustraneæ itaque sunt omnes litium abbreviandarum causâ ad inventæ consuetudines, statuta, sive remedia, nisi prius reformetur *judex*, qui ab *Advocatis* & *causidicis* modò in hanc, modò in illam rapitur opinionem & sententiam, & in infinitum disputandi licentiam concedit, non semel, sed sèpius dilationes admittit, easque ex levissimâ causâ, ut ex Vigel. tr. de rat. jud. c. for. c. 1. ref. & ipse Justinianus culpam protelationis litium tribuit *judicibus*, in L. properandum, C. de judic. ibi: nullus tam audax

invenitur, qui possit invito judge litem protelare. Judicum enim
 indulgentia improbitati vili litigitorum favens, callum vetustatis
 obducit; & in curia, & in omnibus penè foris litigantium morib
 us, eorumque cognitorum ignominiosis quasi increpationibus
 ita venditatur, ut cunctatores non pœnitentia enunciare, quod ju
 stitia sit constans & perpetua voluptas jus suum cuique promit
 tendi, *Guil. Bud. in for. pag. 515. & 447.* Unde cause justitia vel in
 justitia potissimum in discretione judicis consistit uter ex litiga
 toribus foveat justiorem item, quæ nisi dirimatur per Praetorem,
 dabit ansam, & faces armorum, ita ut à verbis tandem descen
 datur ad verbera, arg. L. pen. ad L. *Corn. de Sic. ibi:* nisi forsitan
 tumultus aliter sedari non possit. L. 1. C. ne quis in suâ caus. *Coler.*
de proc. exec. p. 1. c. 5. n. 107. ita pro captu judicum fata sua lites
 habere conqueritur *Andr. Scheffer p. 2. qq. præl. 13. n. 31.* ut mi
 rum non sit hunc quidem à judge, ut propitio quodam Jove
 extolli, illum verò deprimi; Hinc passim in judicium injuritiam
 duriusculæ apud autores occurunt inventivæ: iniquum judicem
 non judicis, sed impuri latronis modo, velut officinam nequi
 tiae, per avaritiam & sordes bonum alterius jus invadere, vana
 que judicia pretio aut gratia nundinari, *Alex. ab Alex. lib. 5. gen.*
dier. c. 14. in f. quod injustus judex jura fœde prostitut, nemini
 suum tribuat, bonos lœdat, justitiam negligendo pessime vivat,
 causas bonas & malas confundat, lites fusciter, foveat, augeat,
 veritatem suppressat, mendacium excogitet, quæstum appetat,
 æquitatem vendat, dolos fraudesque necat, ac penitus justitiam
 evertat, *Sibr. jur. lib. p. 1. sect. 14. n. 27.* Quamvis *Joh. Berber. in*
præl. p. 1. rubr. 37. de concass. n. 5. deliramentum reputet, judi
 cies de injustitia redarguere. *Farin. p. 3. oper. Crim. q. 111. n. 2.* Solent quidem judges ferè omnes debentque hanc sibi potissimum
 curam sumere, ne lites tam longas fieri patientur; sed non
 semper in illorum arbitrio & facultate positum est, ut inquit *Ant.*
Faber. lib. 9. Cod. for. t. 22. Occurrit hic quæstio, an multitudo
 judicum lites tollet, vel multiplices: multi, ad promptam juris
 & litium expeditionem plures statuendos esse judges, censem, uti
 sunt *Machiavellus. lib. 1. com. cap. 7.* *Petr. Greg. lib. 4. de republ.*
cap. 5. num. 46. c. de quibus. dist. 30. c. prudentium. de off. deleg. L.
ult. C. de fideic. Thessaur. dec. 246. num. 4. An. Sola. ad const. ant.
 rub.

rub. de concl. in caus. gl. i. n. 7. fol. 1516. Heig. pag. i. q. 10. n. 8. & 9.
de pœn. caus. si. n. 63. Knich. in com. jur. Sax. verb. jus. cap. 3. p. 258.
ubi rationes pro confirmando eorum sententia afferuntur. Alii
autem, quibus & ego assentiendum puto, multitudinem Ma-
gistratum seu judicium lites multiplicare opinantur, ex rationi-
bus (1.) quia exinde lites multo longiores & frequentiores ef-
ficiantur, quam olim factæ sunt, Greg. Thol. lib. 47. syntag. c. 33.
n. 18. (2.) Princeps multos Magistratus aut judices instituens
vel multos judicum gradus sive ordines statuit, vel multas eo-
rum pari gradu & dignitate constituit; si prius, judicia multi-
plicatis per hoc instantiis, longiora & confusa more effici, nullus
ignorat; si posterius, tantum abest, ut tanta Judicum turba jus
melius & promptius reddat, ut etiam longiorem litium seriem,
& sumptus afferat, secundum illud Horatii:

Segnius expediunt commissa negotia plures.

quem vers. allegat gl. in L. 3. de adm. tut. tutelam melius per
unum administrari, quam per plures. Germani dicunt: *Vie-
le Röche versalzen den Brey; Rul. tr. de commiss. p. 1. lib. 2.
c. 24. n. 7.* quia, ubi multitudo, ibi nihil honestum esse potest;
S. pen. iii. auth. dereferen. cum multitudo principiantum sit no-
verca justitiae. *Jac. à Canib. de exec. ult. vol. p. 2. n. 17. per L. fin. de
rer. div. & autorit. Thucyd. lib. 6. in orat. Hemocr.* Nonnullam
litium protrahendarum ansam præbet, si officia sunt venalia, &
nummis quasi venduntur officia licitantibus, sed indoctis com-
muniter qui dissidentes ingenii viribus subsidium à pecunia mu-
tuantur, & rursum eadē vendunt justitiam ut innuit *Duro di
Pasch. in Aul. pol. th. 351.* *Antimach. d. lib. 3. theor. 35.* quia in-
doctus est aureum mancipium, servus cupiditatum & eorum quæ
possidet. *vid. sim. de Prat. de interp. ult. vol. lib. 5. inter. 2. dub. 2.
n. 2.* Knich. in pref. Com. Sax. p. 12. ubi præxarchas taxat, qui-
bus justitia cordi est post nummum, & sententia mutatur in
contrariam. *c. accusatores. vers. testes. 3. caus. qu. 5.* Tanta apud
aliquos vis est in donis & muneribus ad obtinendum aliquid ab
altero, vincendumque litigium. *Herman. Lather. lib. 2. decen-
si. c. 6. n. 21.* Hæc Simonia est omnium malorum occasio, & to-
tius nequitiae principium & terminus. *Ant. Zanatar. de pr. Me-
diol. n. 36. per Auth. ut jud. sine quoque suff. §. 1.* proinde Alex. Se-

ver. Imp. Ego, inquit, non patiar mercatores potestatum, quos si patiar, damnare non possum, Keller. lib. 2. de off. jur. pol. c. 1. Vas-
gu. lib. 1. illust. controv. cap. 42. & seq. Cirill. in sum. crim. rnb. 33. de paen. jud. male jud. §. fin. n. 9. cas. 197. hos judices rapaces, vio-
lentos, & sordidos appellat. Gig. de crim. lese Maj. tit. de pro-
duct. qu. 2. quod justitiam vendens, aut aliter eam pervertens
Sathanæ minister nuncupandus erit; De c. tr. crim. lib. 8. c. 36. mu-
nera enim excœcant oculos judicium, & omni jure prohibita sunt,
Exod. 23. vers. 8. Dent. 16. vers. 19. 1. Reg. 8. Levit. 19. vers. 15. Pro-
verb. 17. & 24. vers. 23. Ecclesiast. 20. vers. 31. Psalm. 26. ubi Lob-
wasser de corruptis judicibus afferens: **Das ist all ihr Lust**
und Begier / daß man die Händ mit Geld ihn schmier.
Jacob. 2. vers. 9. c. quatuor. 11. q. 3. c. non sal. 14. qu. 5. c. judices. 1.
q. 1. L. solent. 6. §. non de off. procons. L. plebiscitum. 18. de off. pres.
L. venal. C. quand. provoc. non est neceſſe. Cothm. resp. 1. n. 370. Cic.
2. de orat. & 4. Verr. inquit: omnium rerum turpissimum, maxi-
mèque nefarium est ob rem judicatam pecuniam accipere, pre-
tioque habere fidem ac religionem, Henr. Samar. lib. 1. p. 2. So-
cin. de vis. lib. 11. n. 36. nam deviat à vero corruptus munere judex.
Et jus Civile est, quod neque infleſti gratiâ, neque perfringi pot-
entiâ, neque adulterari pecuniâ possit, et si enim nummus inter-
dum vincat, et si regnet & imperet, attamen ab omni malo defendit, Petr. Rebuff. in proem. conc. Pape cum Franc. Reg. Gallia. Et
quod avaritia sit justitiae contraria, pulcherrimum Verris exem-
plum testatur apud Cic. orat. 7. ubi ille Praetor jura Siculorum, &
legitimè procedendi ordinem non solum perturbavit, sed plane
& Siculis & Civibus Romanis eripuit, atque omnem controver-
fistarum cognitionem omisso, quod ajunt, medio, invitatis litigantibus
sibi arripuit, an zelo justitiae: non creditur, quia avarus
erat. Bredrod. de appellat. p. 1. tit. 3.

Non solum autem judices vel officiales munera accipientes,
verum & afferentes culposi sunt. Quid enim magis sordidum, &
sinceritati ac integritati magis contrarium est, quam judicem ob-
latis ei muneribus corrumpere, & jus, justitiamque nundinari?
Cothm. resp. 1. n. 330. Ita econtra judex qui accipit munus vel pre-
cium, ut id faciat, ad quod obligatus est lege justitiae, turpiter
agit, lites invertit, & contra justitiam peccat, c. non sum. 14. q. 5.

Molin.

Molin. de
aliud dice
accepta de
vincia offe
propriè su
cunque in
suspensi
d. L. 6. §. 3
script. in 6
hac tam
que pauca
re evinci p
tamen non
confilium,
elculenta &
un, & mi
minus in ju
non permit
in minimis
majora ope
ab hisce ju
cap. 12. §. 32
tur verba:
keiner Sa
würde/ ke
sich selbste
denken m
Eugenius P
judici lite p
Sic Philipp
togavit: an
innuerent,
Cic. 1. ad A
was frui
deles socii
pillo non je
t. i. Camill.

Molin. de iustit. disp. 83. col. 2. Et hæc de muneribus. De *Xeniis* aliud dicendum; hæc autem variè sumuntur, & quidem propriè accepta denotant muna scula, quæ honoris cauſa officialibus Provinciæ offerebantur, de quibus in *L. 6. §. 3. ff. de off. procons. impropriè sumpta* denotant esculenta, quæ muneris instar quibus cunque in officio publico constitutis dantur absque animo corrumperi, sed ex merâ liberalitate; *L. 18. ff. de off. pres. junctâ d. L. 6. §. 3. ff. de offic. procons. cap. statutum, §. insuper. extr. de re-script. in 6.* & hæc judicibus accipere licet: *d. leg. 6. de off. procons. hac tamen discretione additâ*, ut non alia intelligantur quam quæ pauculis diebus absumi possunt. Et quanquam utroque jure evinci possit Xenia in hoc significatu sumpta permissa esse, attenuam non in omni republ. penitus spernendum illud *Carpzovii consilium, in prax. Crim. part. 2. quest. 93. n. 61.* Licet, inquit, esculenta & poculenta videantur esse calcar expediendarum litem, & minutula gratitudinis Symbola, ob quæ nil magis aue minus in judicio aut executione faciendâ procedatur, attenuam non permittendum, ut vel hoc judices capere possint: nam & in minimis est affectio, & ex minimis, si permittatur, facilis ad majora optanda & capienda est via; quare melius ac tutius est, ut ab hisce judex, verus iustitiae Sacerdos, abstineat. *Adde Mylerum cap. 12. §. 32. n. 59. & 60. Ordin. Cam. part. 1. t. 57.* ubi hæc leguntur verba: *Auch von den Partheyen/ oder jemand's anders/ keiner Sach halben/ so im Gericht hanget/ oder hängen würde/ kein Gab/Geschenk/ oder eintgen Nutzen durch sich selbsten/ oder andere / wie das Menschen Sinn erdencken möchten/ zu nehmen/ oder nehmen zu lassen.* Sic Eugenius Papa corruptionem esse credidit, quicquid offerebatur judici lite pendente, *Joh. Sarisberien. lib. 5. de nug. Curial. c. 15.* Sic Philippus rex castrum alioquin munitissimum oppugnaturus rogavit: an asinus pecunia onus posse ascendere posset? quod cum innuerent, vicimus inquit. *Fr. Senens. lib. 2. de reg. iustit. tit. 3. Cic. 1. ad Attic. epist. 13.* Qui habet in nummis, **macht recht was Krüm ist.** Unde Propheta exclamat: Principes tui infideles socii furum diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non judicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos, *Esa. c. 1. Camill. Borell. de comprom. §. 3. gl. 4. num. 96. Damh. in pr. Crim.*

c. 129. num. 6. conqueritur: quod tempore suo judices non puniantur.

Est & alia litiū causa, iniquitas, sicut æquitas contra est legis anima, sine quā cadaver est Corpus Juris. *Besold. lib. 2. polit. cap. 2. f. 622.* Unde Margarita Austriaca Mantuæ Ducissa sapienter dixit: capita & paragraphos non sufficere ad animam gubernationis politicæ, sed æquitatem esse animam legum; quia nonnulli ex judicibus magis equum coloratum, quam æquum diphthongatum noscunt; & quidam equum vetulum & annosum cum generoso litigaturi equo permutavit, atque ita titulum de permutationibus singulari litium glossâ illustravit. *H. Lath. L. 2. de Censu. c. 6. n. 37.*

Licet æquitas, qua non est jure scripta, sed ex indigesto motu, & affectione animi appetet, contrā jus scriptum minime sit sequenda, *Dd. in L. 1. C. de LL. Abb. in c. fin. de transact. Menoch. lib. 1. præf. quæst. 80. nn. 32. Gail. 2. obs. 23. n. 26.* attamen quidam Indocti & magni Gynæci causarum statum ad quanlibet imaginariam æquitatem detorquent *Hering. de fidej. c. 5. n. 116. Zaf. cons. 10. n. 34. lib. 1.* Aliâ ratione solent quandoque peccare judices, qui non audent offendere voluntatem alicujus litigatris, & ideo conjiciunt partes in necessitatem supplicandi, *Joh. Pet. Ala. tr. de adv. & caus. Christ. p. 1. q. 86. in f. p. 115.*

Proinde nulli in jure casus dari possunt, quales pro amico Dd. appellant, in quibus sc. gratificari possint judices cui parti vellint; sed sicut verum est non nisi unum; ita & justum, respectu ejusdem objecti. *Ant. Thessaur. dec. 206. & decis. 89. Trent. p. 1. diff. 1. th. 1. lit. B.* ubi docent, quomodo in ambiguis, cum per nostram inscientiam, opinionum contrariarum æqualitatem, vel alterius respectu nostri, atque ita per accidens, jus incertum est, media sit eligenda via, vel dividendo rem æqualiter in partes, vel compellendo eas ad amicabilem compositionem *c. affert. de præsumpe. L. 29. de hered. instit. 1. 26. de testam. tut. Dec. con. 176. Zaf. in L. 2. §. exitus. n. 12. de V.O. Menoch. 3. remed. ret. poss. n. 339.*

Judices inique judicare, litesque protelare dicuntur, quando non merita causarum, sed personarum respiciunt, non quod ratio dicet, sed occasio affectet, non quid lex fanciat, sed quid menscipiat, animam non ad justitiam, sed justitiam ad animam declinant.

In-

Inclinet quidem Judices in mitioreni partem, nec tamen uletā modum se gratiosos exhibeant, *Cepol.* ad L. si fugit. num. 30. *C. de serv. fugit. per c. cum eterni. dere judic.* quia judices lege clementiores esse plane dedecet, §. oportet. *auth. de jud. Pruckm. cons. 16. num. 13. vol. 2.* Sic judices supremi aliquando perrumpunt leges, h. e. dispensant, ut ait *Aug. Morla. in emp. jur. p. 1. tit. 15. num. 4.* *Pruckm. cons. 10. num. 73.* vol. 2. aliquando inhibit, ne audeat litigatori litem coram primo judice prosequi, & ita lites ad immortalitatem usque protrahantur, non enim deberet peti aut decerni inhibitio, nisi esset justissima & præcedat aliqua causæ cognitio. *L. judex. C. comminat. epist. program. Perus. in c. 1. num. 14. de appell. Jason. in L. nec quicquam. num. 30. vers. 8. de off. proc. Rol. à Valle, con. 77. num. 24. lib. 2.* nec obstat, quod dicitur, solvi iudicium vetanteo, qui magis imperium in eadem jurisdictione habet. *L. judicium soleatur. ff de jud.* quia illud procedit quoad jus superioritatis, **der Fürstl. Lands Obrigkeit halber / secùs** quoad justitiæ administrationem in cūilibus, tunc enim causæ cognitio spectat ad inferiorem. *Mascer. de judic. num. 22.* Sic lite coram inferiori judice cœptâ superiorē fe intromittere posse ait *Toming. cons. 65. num. 11.* Sed male, per L. nemo. *C. de juris d. omni. jud.* quod si enim superior Magistratus interrumpat curiam inferioris, ad videndum, an in processu reperiatur gravis quædam difficultas, & difficilis gravitas, hoc lites admodum retardat, præser-tim si litigatores sint pauperes, quia divites difficultatem præ-tendunt, ut apud superiorē diutius item protelare possint. Unde inferiora tribunalia vacant, & superiora ita occupantur, ut non possint expedire litigia & processus.

Sequitur negligentia ne dicam somnolentia quorundam ju-dicūm, quæ si simplex fuerit, levissimæ culpæ ad numeratur, *Al- ciat. ad L. magna negligentia. num. 1. de V.S. cap. 14. q. 4.* Negli- gentia judicis est litium causa, nihilque aliud in genere, quam cum neglit facere quod debet, vel cum aliquid facit, quod non de-bet. *Navarr. in compend. verb. judex. num. 47.* unde sèpissime proveniunt excessus subditorum, inquit *Job. Sarisber. de nug. Cu- rial. c. 10.* & ita judex negligens facere justitiam, delinquit in Deum, & in principem, & in partem. *L. si quando. C. de testibus. Paris. de Puteo. tr. Synd. verb. lis sua. cap. 1. num. 6.* Sic justitiam negligit

negligit iudex, nec imponit finem liti, verum lites novas serit, & perniciosiores prioribus, qui vel obscuram, vel incertam profert sententiam, veluti faciunt quidam delegati ad hoc ut multiplicatas accipiunt sportulas, *Ordeloph. ad L. fin. num. 128. de R. V.* & sententiæ perplexæ lites non tam dirimunt, quam litem litibus resolvunt. *Bud. in for. p. 342. § 480.* nam è verbis ambiguis sententiæ, ansam novæ litis eripere saepe evenit. Multi quoque periuntur judices, qui pro animi sui levitate vel ambitione, ne scil. ex mora deliberandi imperitiores videantur, re non satis perspens à verè tumultuarias & confusas sententias præcipitanter ferunt, dum mane accepto processu, vesperi litem terminant, quos *in c. pond. 50. distinet. Dom. acriter increpat. ut in c. ecclesia S. Mar. col. 16. de const.* quia judicia festinata pœnitentiam pariunt, & præcipitanter inimica & noverca est justitiæ, injustitiaeque notam habet, errores generans, quos magnæ pœnae, magnæque comitantur calamitates. *Pruckm. conf. 19. num. 36. vol. 1. Cothm. resp. 55. num. 87. & resp. 82. num. 83.* Quemadmodum enim velox iniquitas ad nocendum occasionem quærit, omnia præcipitat, litiūque mater est, ita lenta virtus & cunctatrix non ante judicat, quām honestum & decorum inspicerit, *c. inter hac. 3. q. 6. Speculat. tit. de Advocat. §. hic dicendum. col. 2.*

Deinde imperialis Judicum & Officialium, proximalitium forensium caula est; nonnulli enim judicium sunt tardioris, nonnulli velocioris ingenii. *Ant. Palaz. pag. 3. del. gov. distato c. 25.* ita, ut tardi & imperiti, aliquando etiam periti propter peccata dubias lites dirimere nesciant. *Bald. in c. quia procur. col. 6. de elect.* olim respondere poterant sibi non liquere de causa *L. 13. §. ult. de recept. arbitr. L. 36. de re jud.* quod hodie non licet. *Trent. p. 1. disp. 12. th. 17. lit. d. & deplorandum sane est,* quod in multis Germaniæ judiciis inferioribus hodienum homines ignavi & indocti ē fecerit plebis in judices adsciscantur, id quod improbat. *Pet. de Andl. lib. 1. de Imp. Rom. cap. 12. Const. Carolina. in art. 1.* Nam hoc genus hominum operas suas Reipubl. locat, non tām ut saluti communi, sed sibi & proprio interesse consulat. At Franc. *Munnotz. tr. ratioc. cap. 27. num. 7.* ait, iniquè agere, immo mortaliter peccare eos, qui judices, assessores, vel officiales ignoravos, imperitos eligant, *add. Kell. lib. 2. de off. iur. pol. c. 1. Joh.*

Garfias

qui licet in
utramque
alversus leg
peritis min
num disper
gosi, ex i
quod hod
no etiam
ann. iud. K
17. num. 12
distinguend
sitione
son intellig
Rom. c. 17.
et literatur
ni, easque d
porelt, Schne
in c. sciscit,
dicit: hodie
Felin, in c.
tere judic. a
son imputa
hec omnia
tationes fier
tem secund
tio suo judi
bifist. de offi
Quom
ridas ut art
rusticus, sec
potest, cum
dicabit, file
tere jud. im
Lips. in not.
1.6. ignoran
rich. disp.

Garsias de expens. c. 21. num. 20. ubi inexpertos & ignavos vocat; qui licet ingenio polleant, & experimento docti esse videantur; attamen quoad decisionem causarum, & judicij ordinem, multa adversus leges, & juris institutiones committunt, quæ alias à juris peritis minime fierent, & haec omnia in maximum partium litigantium dispendium & perniciem cedunt. Causa hujus mali litigiosi, ex imperitia judicum proficiens, non minima in eo latet; quod hodiecum communiter hic in Germania concessio territorio etiam concedatur jurisdicatio; *Curt. Jun. in L. 1. de jurisd. omn. jud. Rol. à Valle. cons. 42. n. 3. vel. 2. Menoch. lib. 3. præsumpt. 97. num. 13. Rosenth. de feud. cap. 5. quest. 6. num. 1. & seqq.* ubi distinguendo explicat. At inter illos, quibus territoria cum jurisdictione conceduntur, plures etiam privati, idiotæ, indocti, qui non intelligunt quid jus, quid jurisdictione. *Pollet. lib. 5. hist. for. Rom. c. 17.* Nec obstat aut juvat, quod Dd. judicem imperitura & illiteratum admittant, *in L. pen. C. de jud. ibi: ut & andiant lites, easque dirimant, ratio, quia assessorem literatum adhibere potest. Schneid. in par. num. 2. Inst. de excus. tut. vel curat. Felin. in c. sciscit. col. 6. de rescript. Roder. in man. jud. c. 7. num. 15.* ubi dicit: hodie posse esse judices, etiamsi legere, nec scribere licent. *Felin. in c. cum inter. col. 3. vers. de concessione Archi-Episcopi, inf. dere judic. dicit:* Constituto in dignitate, si nelicit scribere, id non imputari in vitium sed aliorum sapientum consilio uti posse; haec omnia autem maximo collitigatorum malo contra leges & rationes fieri palam est, quia judex per se, & non per Vicarium, item secundum leges & consuetudines, non ex affectu & arbitrio suo judicare debet. *L. nemo. 4. C. de jurisd. omn. jud. §. 1. Inst. de officio jud. c. 3. q. 7.*

Quomodo autem Legum imperitus, idiota, bardus, & stupidus ut ait *Pollet. lib. 5. hist. for. Rom. c. 17.* mechanicus, miles, rusticus, secundum leges judicare, justum ab injusto discernere potest, cum homine imperito nil sit injustius, nullus enim bene judicabit, si leges, quibus judicare debet, ignoret, *gl. in c. fin. extra. de re jud. imperiti enim plerumque sunt stolidi, superbi, & vani. Lips. in not. ad pol. c. 7. fol. 30.* Unde *Augustin. lib. 19. de C.D. c. 6.* ignorantiam judicis, calamitatem innocentis esse ait: *Obrecht. disp. 2. de jud. th. 251.* Non igitur Lex illa imperitis

titis judicandi potestatem concedit, sed si & rei militaris, sive artis mechanicae simul & juris peritiam habeant, d. L. 17. C. de iud. ibi: pro sti & legis scientia hujusmodi altercationibus finem imponant. L. 6. & ult. C. de iuris. L. ult. C. de re milit. 12. Coras. 5. miscell. 19. in f. Hinc meritò à Principibus & Dominis territorialibus literati & eruditi judices constitui deberent, qui saltem essent Licentiati juris. Thol. lib. 4. de republ. c. 6. n. 11. & c. 8. num. 10. Juris-Consulti enim debent esse Trebatii, i. e. integri, boni, & prudentes viri. Myns. pr. Instit. de codic. num. 3. & legum auctoritate suffulti, Mase. concil. 1136. num. 24. vol. 3. & justitiae professio Legum peritos judices ordinare jubet, quia vix potest negligere qui novit aequitatem, nec facilè erroris vitio sordeleit, quem doctrina purgaverit. Cassiod. lib. 8. epist. 18. P. Thol. lib. 24. de republ. c. 6. num. 2. Keller. lib. 1. de off. jur. pol. c. 1. per §. fin. in proem. Instit. & L. Jurisperitos. de excus. tut. Graviores judicum defectus duntaxat attigimus, minimis supersedendo, sicut enim in corpore modicus defectus non facit, ut corpus judicetur morbosum: ita nec modicus animæ defectus quoad seculares efficit, ne non prudens aliquis ideo videatur. Bartol. intr. test. n. 84.

CAPUT III.

De Partibus litigantibus, & quatenus habentes procreant & protrahunt.

Vigilius in lib. sing. de lit. cont. cap. 2. lib. 3. Dial. legal. pag. 459. in dem Richter Büchlein & passim, solam litium causam in ignorantie litis contestationis consistere, male opinatur. Anton. Faber. lib. 9. Cod. for. tit. 22. animadvertisit, præcipuas litium causas omnino duas esse; (1.) quod litigandi consilium plerique suscipiant quasi necessarium, qui si ad transigendum invitarent adversarium, vel ab eo invitarentur, facile negotium sine lite dirimerent. (2.) quod litigantes item adeo tepide tractare soleant, ac si ad eos non pertineat, quia sepius post trimestre & longius spatium ea demum faciunt, quæ si velleat, prima die præstare possent. Nos autem plures litium causas culpa partium accidentes eruemus, & quid. m (1.) hominum malitia & legibus

legibus & litibus ansam dedit, secundum illud: Mali mores bona leges pariunt; tantaque passim litium sitis excrevit, ut nullum pactum, nullum testamentum, nullusque fermè contractus reperiatur, ex quo argumenta vetisimilia ad litium propagationem erui non possint. Hipp. à coll. de incr. urb. c. 12. in f. est autem malitia propriè, cum quis datâ operâ male agit & litigat, estque bonitati & honestati contraria. L. 1. de f. f. unde cum in litigando & judicando summa bonitas requiratur, & malitia exulet, ab ipsa bonitate iudex vir bonus & honestus appellatur. L. continuans. 137. §. cum ita. 2. de V. O. L. vir bonus. ff. iud. solv. L. pen. de procurat. L. sed si unus §. pref. de injur. gl. inc. potent. verb. celer. de locat. L. 4. famil. hercisc. bonum enim & malum, tanquam contraria in eodem subjecto simul esse nequeunt, uti nec verum & falsum. C. omnes. de pœnit. dist. 1. & Leg. si quis legat, ad L. Corn. de fals. sic Christus de Nathanaële dixit: verè hic Israëlite est, in quo dolus non est. Joh. 1. **Auff gut alt reutsch** / ut inquit: Adam. Kell. lib. 2. de off. iur. pol. c. 6. arg. L. 7. §. dolo. ff. de pœnit.

Malitia particulariter accipitur pro calliditate, versutiâ & dolo, test. Cic. 4. Tusc. lib. 1. & 3. Off. ubi ait: non aperti, non justi, non viri boni, versuti potius, fallacis, malitiosi. L. quisquis. C. de postul. L. 2. C. de LL. confer L. und. ad L. Aquil. L. 5. de cond. furt. L. interdum. de vi & vi arm. L. si quis. de att. empti. ubi propter malitiam non adeuntis haereditas transmittitur. Hinc qui damnum atque lites contra aliquem molitur, dolum adhibere dicitur. Bald. in L. que fortuit. C. de pign. aet. dicitur etiam calumnia, & est propriè alicujus in litibus per fraudem & frustrationem vexatio. L. si calvitur. 233. de V. S. 1. 1. §. 1. ad SCt. Turpil. Selzer. lib. 2. de juram. c. 1. num. 2. aliis falsum dicitur. Bodin. in lib. de orthograph. quando scilicet malitiosa juris interpretatione, salvis legum verbis sententia justa intervertitur & malitiâ usurpationis detorquetur, i. e.

Wann dem Rechten ein hölzerne Clasen angedrähet wird. Secundum illud: bonorum extortor, legum distortor. Selzer. de juram. lib. 2. c. 1. num. 3. Malitia vero lequitur ex adulazione. Luc. de Pen. in L. quemadmodum. C. de agricol. & cens. lib. 11. vers. 127. & seq. Mascard. de probat. vol. 1. concl. 56. n. 2. Calumniator dicitur omnis, qui adversus ea agit, quæ manus lux subscriptione sigilloqueante confirmata. Zaf. ad L. 1. §. edit. n. 40.

de edend. Cothman. conf. 30. n. 280. Pruckm. conf. 50. num. 569.
 & 575. ubi ait: Calumniam semper turpitudinem & infamiam con-
 junctam habere. L. & §. calumnia. de his qui not. infam. Calumnia
 alia publica, quæ palam, directo, & aperte committitur, inten-
 dendo falsa crimina, & alios litibus vexando, L. 1. §. calumnari.
 ad Sct. Turpil. l. i. §. per calumniam. si mul. vent. nom. in poss.
 Harpr. tr. crim. §. in sum. 10. num. 88. L. sanctimus. C. de pœn. pe-
 tendoque indebita. L. penult. ff. ne quis eum qui in ius voc. alia pri-
 vata, quæ clam, obliquè, & per indirectum, ut si quis malitiose
 quid comminiscatur, vel quasi audita ab aliis missitat, & in aures
 aliorum susurrat. Germ. Ohren-Bläser / hoc & hoc audivi, &
 quanquam nec ego credam, tamen relata refero. Pestilentissi-
 mum sane & pernitosissimum hoc genus hominum, de quibus
 conqueritur, Speckh. 2. qq. iur. cl. 3. qu. 7. in pr. falso proxima est
 variatio, è qua lex dolum & calumniam præsumit, Innocent. in c.
 Pastoralis. ante fin. verb. tempus. de except. & variatio arguit suspi-
 cionem falsi. arg. L. eos qui. ff. de falsi. ubi Bartol. adeo ut varians ple-
 ëatur pœna falsi. Farin. tr. de test. q. 66. num. 310. Actores pec-
 cant frequenter, qui temerè alios malitiis & litibus vexant, pro-
 ptereaque ad juramentum calumniae adiguntur, quo litis dispendio
 afficiuntur, si litem in justam movisse deprehendantur. L. 1. & 2. C.
 de iure iur. propter calumn. L. 1. & t. t. de calumniat. L. cui. 39. §. 1. de
 lib. cauf. L. auxilium. de minor. c. calumn. de pœn. litigantes enim
 hodiendum potius de calumnia committenda, quam evitanda ju-
 rant, veluti conqueritur And. Gail. lib. 1. obs. 85. num. 4. Socin.
 in c. ceterum in 6. de iur. cal. Reorum proprius ille mos est, ut
 perpetuis apertisque frustrationibus, & tergiversationibus acto-
 rem fatigando morentur litem, & condemnationem malevolè
 effugiant. Unde proverbium: Reorum est fugere. L. propter. §. &
 si quid. ubi gl. verb. fugiente. Jas. n. 3. & Dd. C. de iud. Pruckm.
 conf. 19. num. 76. vol. 2. Ant. Faber. lib. 9. Cod. tit. 22. quod
 committitur, dum quidam sunt profugi, quidam emanatores, qui-
 dam certaminis detrectatores, quidam planè desertores litis, jam
 adultæ ac vergentis. Bud. in for. pag. 429. de quorum tergiversatio-
 ne atque malitiosâ morâ vid. Jason in L. si eum. 10. §. qui. ff. de injur.
 num. 9. & seqq. ubi Castr. num. 3. si quis cant. jud. sit. per L. edict.
 §. sis. ibi. gl. verb. accipiendo. ff. de nox. abt. L. sed ut. ff. ex quib. cauf.

maj. in int. Dein omnes ferè litigantes sunt heteroclitī & per-
vicaces, ut semel vinci nequeant, rebellante semper vitio naturæ
perversæ; ut neutra pars velit liti cedere, aut videri transactio-
nem rogasse, sed esse rogata, ut protrahendo litigium adversari-
um fatiget, & tandem ultrò transfactionem urgeat; *Guicciard.*
pol. hypom. 88. Germ. *Ich will ihn wol müde machen!* *P.*
Frid. lib. 3. de cont. caus. c. 2. n. 1. *Keller. lib. 2. de off. jur. pol. c. 7.* cœ-
terum nulla malitia ab hominum conversatione alienior est, quam
perfidia, & est illa improbitas, aduersus quam solam nulla da-
tur custodia, nam Jureiurando, alias unico aduersus malitiam re-
medio, maximè abutitur vir perfidus, qui nulam facinus com-
mittit, & lites ex litibus serit inficiando *Ordelaph. ad L. fin. n.*
497. & seq. de R. V. hinc illud: *si fecisti, nega.*

Nonnulli collitigatoribus suis meliores Advocatos, instru-
menta, & testes malitiosè subtrahunt, ut item vincant, *Joh. Pet.*
Ala. tr. de adv. & caus. Christ. p. 1. q. 44. & seqq. Quam sanè
malitiam detestantur omnes, *Cyn. & Paul. in L. providendum.* *C.*
de postul. Cagnol. L. 2. n. 204. de Orig. jur. Navar. in manual. c.
25. n. 28. vers. 4. temerarium enim est super re liquida & clara
contendere, non agnoscendo bonam fidem. *L. quoties. §. nec uti-*
que. de admin. tut. Rol. à Vall. conf. 6. n. 48. lib. 1. Est & hæc lit-
gantiam malitia ut Advocatis non narrent veras facti circumstan-
tias, sed multa inculcent quæ ad item non pertinent, nescien-
tes quantum momenti habeat minima facti mutatio. *Graff. lib. 3.*
dec. aur. cap. 8. n. 8. vers. 8. p. 1.

Interdum solent contrahentes confiteri se recepisse aliquam
pecuniae sumam, quam non receperunt, unde litigia oriri solent.
Sed malitia est Creditorum litigiosa, quia non possunt in foro ani-
mæ repeterre nummos non numeratos, *Inn. in c. quia plerique, ubi*
Abb. n. 18. de immunit. Eccles.

Litium quoque causa est falsitas, quæ veritatem imitatur &
lites ex litibus producit. *§. 1. in pr. ubi gl. in. Anth. de inst. caut.*
& fid. L. cum filiis. §. heres. de legat. 2. e. g. Falsus creditor pro-
dit, qui se talem esse simulat, & debitorem litibus molestat, cum
talis non sit. *L. falsus. 43. de furt.* Falsus venditor, rem eandem
duobus vendens, aut rem alienam scienter distrahens. *L. qui duo-*

bus. 21. ad L. Cornel. de fals. Damhoud. in pract. crim. c. 120. falsus
 Procurator, i. e. simulator, qui fingit & asseverat falsa litigia, vel
 qui negat se esse Procuratorem alterius. L. si is qui. 75. de furt L.
 si quis servo. 18. de solut. &c. Sic falsus tutor, falsus modius, falsum
 testamentum. L. Paulus. 221. de V. S. Falsus debitor dicitur, qui
 absentem & insciuum fidejussorem in instrumento scripsit, nomi-
 navit, L. qui veluti. C. ad L. Corn. de fals. L. ult. vers. iniquum.
 C. de conven. fisci deb. Falsus testis &c. L. i. ad L. Corn. de fals. eius-
 modi fallum etiam est, mendacium. L. i. §. 1. ad SCt. turpil. &
 hoc secundum Felin. in c. crim dilem. de accusat. est peccatum
 gravius fornicatione & perjurio. Alia litium forensium causâ est
 paupertas; si enim litigantes debitum, aut depositum, reddere
 nequeant, lites fingunt, paupertas enim sàpius occasionem delin-
 quendi & litigandi obtulit Sirac. c. 27. pr. quia est avaritiae &
 expilationis incentivum, Ant. de Guevar. in hor. princ. c. 6. n. 476.
 & egestas, dum saturari querit, facile deviat à justitia, pauper
 enim, èo quod in casum succumbentiae sibi nihil auferri possit,
 ad litigandum invitatur spe emolumenti. Ebrietas quoque mul-
 tas generat lites, sicut enim ebrii legum sunt immemores, ita fa-
 ciles litium buccinatores, Acc. in L. fin. verb. querere. ibi: bibe-
 ret. Justinian. C. in quib. caus in int. rest. non est nec. idque pro-
 bant pocula, que ebrio porriguntur, (1.) ad sitim, (2.) ad læ-
 titiam. (3.) ad voluptatem. (4.) ad ebrietatem. (5.) ad iram,
 (6.) ad litigium, (7.) ad furorem, (8.) ad somnum, (9.) ad
 morbum, (10.) ad perpetuam infamiam, War. de Erenb. lib. 1.
 de fæd. c. 2. n. 111. vide. **Reichs-Abschied** de anno 1548. rubr.
Vom Zutrinken. Variis modis haustus ille vocatur, ein Ehs-
 ren-Trunk / Willkomm-Trunk / Abschieds-Trunk / S.
 Johans-Geleid / auff Hofrecht i.e. reservato privato ran-
 core animi, not. Mart. Nigr. in tr. de protest. Unde veniunt die
 Haar-collation, Schramschlagen / porz Wunden flu-
 chen / &c. Est quoque fomentum litium, quod alicubi privatis con-
 cedatur jus monetæ cudendæ, daß man die Stempel ver-
 kaufse / oder vermiethe / Besold de ærar. publ. cap. 6. Herm. Lat.
 lib. 3. decensu. cap. 10. n. 63. Ferdinandi Münzordnung
 de anno 1559. §. ferner auch p. 3. O. art. 3.

CAPUT IV.

*De Advocatis, procuratoribus, solicitatori-
bus, &c. & quatenus hi procreant &
protrahunt lites.*

PERTRACTATIS causis litium tām ex persona judicis quam partium resultantium, nunc ad personas accessorias judicii, veluti Advocatos, Procuratores, Notarios, &c. progredimur, & quidem multi eorum adeò inbiant privato commodo, ut neglecto foro justitiae in forum utilitatis, ubi nihil honestum vel justum est, nisi quod utile, clamosi fori jurgia vendunt, *Hering. tr. de fidejuss. cap. 29. n. 31. & seqq.* iisque lites pendere diu vindemia quedam est. *Pet. Greg. Tholos. lib. 49. Synt. c. 8. n. 11.* Consistit autem eorum malitia utplurimum in lucro, verbositate, inexperienced, convitiis, paetis illicitis, salariis excessivis, prævaricatione &c. Et quidem (1.) ratione lucri ejusmodi Advocatos vehementer arguunt, *Cujac. lib. 8. obs. 31.* hinc pauperibus quandoque illibenter adeò inserviunt scientes inde nullum emolumentum sperandum esse, quanquam his gratis patrocinandi ipso jure obligati sint. *Felin. ad. c. 1. num. 2. de off. jud. Tiraqu. de nob. cap. 39. Gail. 1. obs. 43. n. 11. Frid. de proc. lib. 2. c. 53. num. 3.* tales enim inserviunt GRATIS, non adverbialiter, sed in casu dativo; & hi corvis crudeliores sunt, corvi enim non nisi funus extinctum & cadaver dilacerant, illi verò vivos scalpunt & sugunt animam, *Tholos. lib. 49. Syntag. c. 8. n. 11.*

Secunda cœla sc. verbositas, in eo consistit, quando mutuis sese latratibus impetunt, Deum & homines lacessunt, maximè in litibus injustis, quas iniquorum Advocatorum palea vocat *Ca-
gnol. in repet. L. 2. §. post Originem n. 213. de O. f. cum Zaf. ibid.
Hering. de fidejuss. c. 7. n. 598.* inde canina foro latrat facundia tota, quasiverò eruditæ jurisprudentiæ signum sit veritati fucum face-
re, & mendacia certatum propugnare posse, cum hic improbi-
tas, dolus, malitia, perversitas animi ad mentiendum decipiendum
que lubricitas magis requifatur, quam vera, vero Jcto digna do-
ctrina & scientia, *Frid. Mind. in epist. dedic. lib. 1. de proc. ex. §.*

& par-

E& partes. hi sunt, qui docuerunt linguis suas loqui mendacium, discreti adversus iustitiam, eruditi pro falsitate, qui sapientes sunt, ut faciant malum, eloquentes, ut impugnent veritatem; hi sunt, qui instruunt eos, à quibus fuerant instruendi, astruunt non comperta, suas struunt calumnias innocentiae, destruunt veritatis simplicitatem, & obstruunt Judicij vias. *Fr. Ripa. in. tr. de peste. c.s.n. 218. Setzer. de juram. lib. 3. cap. 3. n. 83.* qui nullam litem adeò bonam, quam non pervertete & laxare, nullamque econtra tam pravam & desperatam, quam non ornare, sustentare, & ad victoriā ulque mordicus defendere conantur, inveniant. *Pet. Frid. in ep. dedic. lib. 1. de proc. ex. 9.* Tales benè possunt dici locare operas suas: at peccant mortaliter, qui scienter defendant litem injustam, licet aliquod caput justē prosequantur, *Graff. dec. aur. lib. 3. c. 8. Parlad. lib. 1. rer. quotidian. c. 2. num. 1.* defendendo enim articulum aliquem justum non excusantur, si lis Principalis sit injusta, nam hoc modo retardatur tota causa. *Cagn. in L. ea est natura. n. 14. in f. de R. I.* Unde inter reliquos gravissimè conqueritur *Vigilius in pref. des Richter-büchlein.*
Sed

Parcius ista viris tamen objicienda memento.

Sinistra enim hæc judicia non de Jctis advocatis, qui insigne mœstis præsidium reis, *Hor. 2. Od. 1. Schonb. 3. pol. c. 41.* sed de avaris illis Rabulis, vulgo: **Gerichts-plauderer/welche fast alle Verschreibungen streitig zu machen wissen / Gail. tr. de arrest. c. 9. n. 17.** intelligenda veniunt, hi etenim conscientias hominum pervertunt, & judiciorum sanctitatem in castelas, technas, atque perjuria commutant, secundū Plat. lib. 11. de LL. quem refert *Joh. Althus. in pol. c. 24. pr. fin. Keller. lib. 2. de off. jur. pol. c. 25. & L. 1. c. 8.* ubi ejusmodi Rabulae non eloquentes, sed simpliciter loquentes dicuntur, & tantum quæstus gratiâ garriunt, lites producunt, & penè diurnas faciunt;

Tertia malitiæ advocatoriæ causa est inexperientia, cum inexperti Advocati plerumque confusores litium dicantur, *Nevizant. Sylv. nupt. lib. 5. n. 6.* & factum quodcumque utcunque capiant, idque in transcursu quasi, seu ut vulgo loquimur, superficiariè, unde post tantos, tantæque moræ, sumptuum & molestarum processus instar fili undique latè famosi necit, & eductur,

citur, ut quod horā ſēpe unā componi posset optimè litigium, de eo anni plures firmentur poffime, *Magn. Pegel. in theſ. rer. ſelect. pag. 10. Angel. in L. 1. §. pueritiam, de poſtul. Ant. de Guev. im Hoff. Leuth. Wecker c. 10. Versu. Er folte ſich/ic.*

Quarta mālitiae advocatoriae cauſa eſt convitiandi licentia in iudiciis frequentiffima; cum enim ad allegationum inopiam venerint, & commiſſarum ſibi litium infirmitatem fatis munite non poſſint, ad effrenatam deflectunt convitiandi licentiam, & vel in collitigatorem, vel in iſum iudicem, vel in antipatronum conviciando, cavillando, objurgando, maledicendo procacius invehunt. *Spech. cent. 2. cl. 4. qu. 4. n. 1. daß ſie die Feder gar zu ſcharff ſpitzen / & per hoc plerumque ſcommata, convicia, injuriae, retorſiones, jurgia, diſſidia, lites, inimicitiae, & denique omnia mala & dama cum pœnitentia cauſantur. Keller. lib. 1. de off. jur. pol. c. 8.* In detestabilem hanc conviciandi licentiam prouerpere, non eſt boni advocati, *Oldr. conf. 33. n. 3. nec bonis moribus conuenit.*

Quinta cauſa eſt pactum de quotā litis, toto jure reproba-
tum. *L. ſumptus 33. de paſtis. ubi Dd. communiter. L. 1. §. ſi cui. 12. de var. & extr. cognit. L. 6. §. præterea, 2. C. de poſtul. L. 15. C. de Procurat. L. ſi contra. 20. C. Mand. L. 9. §. circa Advocatos. de off. Proconf. L. 6. §. fin. ff. Mand. arg. c. precarie. 10. qu. 2. Gail. 1. obſ. 44. n. 1. Cammergerichts Ordin. p. 1. tit. 46. §. Beſigleichen. Sichard. in L. Creditori. 5. n. 2. & 5. C. de paſt. Proſp. Farinac. pr. crim. tit. de var. & div. crim. qu. 10. & conc. crim. 70. num. 1. id que ideò, ne Advocati & cauſidici cupiditate lucri allecti omnia moliantur iusta & iuſta, ut item vincant. c. infames. §. arten- tur. 3. qu. 7. L. ſi qui advoc. C. de poſtul, tuncque eiusmodi paſta & conventiones planè prohibitae, niſi poſt item finitam interpo- nantur. Guid. Pap. dec. 110. n. 2. & dec. 190.*

Sexta cauſa eſt Ambitio & Vanitas; nonnulli enim ſtudioſe
lites differunt, ut ſepiuſ interpellentur, & ad ſpeciem magno
concurſu partium florere videantur. *Anth. Mar. Corat. tr. com.
opinion. lib. 1. tit. 5. n. 56. i. e. guten Zulauff haben.*

Septima cauſa eſt negligentia, quaे ſit lucri cauſa in prote-
landis litibus, tam ſimplicibus, quam appellatoriis, perſuadent
namque ſibi pertinere ad iuſtitiam commutativam, ut pro ratā

præmii labor impendatur, & lis procrastinetur. *Jaf. in L. dierum functo. num. 37. de off. Aff. Bald. in L. 1. opp. 2. C. de legat.* *Id. in c. exceptionem, pr. de except.* ubi vituperat eos, qui dolosè protrahunt lites justas. *Fel. 16. n. 40. & in c. accèdens. n. 23. ut lite non contest.* & mortaliter offenditur Deus, quando lis alicujus, præsertim pupilli, minoris, &c. spe imperrandi beneficij restitutio*n*is integrum, negligenter protrahitur. *Natta conf. 16. lib. 1.* Nonnulli exceptiones contrarias & incompatibilis obmovent, atque ita lites involvunt. *Ala. tr. de adv. & caus. Christ. qu. 40. Covarruv. 1. var. rer. cap. 2. n. 30.* Provocant ab omni actu sive appellabili, sive non appellabili, & sive sententia sit justa, nec ne, licet etiam juraverint colligatores se non appellatu*r*os, *P. Ala. d. tr. qu. 46. & seq.* Nonnulli suadent litigatori*b*us, ut contra*c*tus etiam iuratos minimè servent, sed absolutionem ad effectum agendi impetrant, *Molin. tr. de just. lib. 1. disp. 150. col. 3. v. illud.* ubi ait; admitti duplex peccatum, injustitiae scilicet & perjurii; *Ala. d. p. 1. qu. 51.* nonnulli sollicitatores accusant, & se multitudine litium excusant, ut quidam Procuratores, *C. Ala. p. 1. qu. 34.* Quidam docent litigantem ut subirahat Adversario instrumenta & testes per Notarium exiguae fidei, quibus item defendere possit. *Graff. dec. aur. lib. 3. c. 9. num. 3. p. 1. Ala. de adv. Christ. qu. 45. p. 2. c. 57. n. 7.* Inter cæteras exceptiones, quibus ad lites differendas potissimum utuntur quidam Advocati, haec valde frequens est, quod absint à loco judicii. *gl. in c. 1. de lite non cont.* & in *L. emancipatus. C. de repud. bon. poss. Ala. d. tr. p. 1. qu. 64.* ubi existimat absentiam advocati non retardare processum. Quidam objiciunt crimina falsa contra testes ab adversario productos, ad hoc, ut eos reddant inhabiles ad dandum testimonium, *Sot. de just. lib. 5. qu. 7. art. 3. Ala. p. 1. qu. 74.* etiam Advocati fisci interrogare solent pro fisco, non verò contra; sed malè *Cl. in pr. qu. 23. Trang. Ambros. tr. de proc. inform. lib. 1. c. 2.* veritas enim dicenda est super tota lite, *gl. in c. fraternitatis de test.*

Alii malitiosè recusant judicem in quem exantè & conscientiâ suâ consenserunt, & item coram eo inchoarunt. *L. apertiss. verb. antequ. lis inchoetur. ubi Jaf. notab. 2. C. de jud. Paul. in L. si convenit. n. 3. de jurisd. omn. jud.* quedam enim eiusmodi præjudicia ipse vidi, quod nempe aliquis super punto coinciden-

te ad-

re ad superiorem provocaverit , postmodum autem , puncto principali ad eundem etiam legitimè devoluto , contra eum veluti incompetentem exceperit , & non-devolutionem causæ objecerit , uti factum in Sachen W. cont. V. anno 1701.

Nonnulli litis victoriam promittunt bey ihrer Treu Seel und Seligkeit / parum memores litis eventum esse dubium , nec laborem semper sequi effectum . c. nisi . §. quibus . de renunc. neque victoria litis in advocate est , sed in judge , L. i. ff. de abolit. Farin. pr. crim. tit. de var. & div. crim. quest. 3. art. 12. n. 284. nulla autem eorum alia est intentio , quam ut partes de una septimana in aliam lactando , & lites interea procrastinando , ab iis majora eliciant honoraria , Ala. d. p. 1. qu. 14. quod peccati genus tantò gravius efficitur , quantò fuerit frequentius ac diurnius , veluti si 2. aut 3. annis Advocatus clientem ludificaret , c. considereret de pœn. dist. s. Navarr. in man. c. b. n. 14. Vit. Camb. de claus. tit. de abs. à jur. num. 10.

Octava causa est Praevericatio . Committitur autem hæc diversimodè , sc. quando , ad hoc ut adversario gratificet , clientem suum justè litigantem , quis jubeat aut hortetur transigere conditionibus iniquissimis , quasi causa non habeat fundamenta , & lis futura sit diuturnior , ob id studiosè protrahit litem , ut Cliens moræ impatiens , legem conventionis , quam Advocatus dixerit , suscipere quasi cogatur , qua malitia prodit clientem , & init gratiā à collitigatore , à quo tandem recipit munera promissa . P. Ala. d. tr. de adv. qu. 42. p. 63. Interdum quidam pro Jure utriusque collitigatoris patrocinantur , & inexpertos advocates adversario adiungunt , qui prætextim duntaxat suscipiant tutelam & patrociniū clientis Adversantis , sed revera Causidicus principalis omnia regit , disponit , & moderatur & ita furtivè prævaricatur , atrumque litigatorem defendendo . Ala. d. tr. de adv. & caus. Christ. qu. 42. & 9. reliquæ prævaricationis species passim apud Autatores , t. t. de prævar. Vultej. 1. J. R. c. 48. Plin. lib. 18. c. 19. Sarisb. lib. 1. de nng. curial. cap. 13. ubi prævaricari vocat vera abscondere , Marquard. Freher. lib. 3. de existim. c. 13. n. 7. Farin. in pract. crim. tit. de inquis. quest. 4. n. 15. Menoch. lib. 2. arb. jud. quest. cent. 4. conol. 323. ubi testantur , eiusmodi litium prævaricatores infamiam incurtere & ab Advocandi officio seu munere repelli .

L. 4. § 5. de prævar. L. Aibletas. §. item prævaricator. de his qui notantur infamia, *Ordo Cam. p. 3. t. 53. §. ob sich aber. p. 3.* Ordin. Car. V. art. 115. Et illi, qui executionem justam impediunt, & malitiosas suadent cautelas, ad minimum coniunctum 600. peccata mortalia, *Ala. d. tratt. qu. 91. in f. Hinc Carolus Magnus in c. de pac. cap. 12. ait:* pravi advocati tollantur, & tales eligantur, qui sciant & velint justè lites terminare. Hæc de advocatis.

Procuratores non omnes, sed aliquos, qui litium querunt procrastinationem, *Ulpianus* appellat concinnatores litium, *Apulejus* togatos vultures, *Just. Lips. cent. 1. ep. 8.* Corvos fori. *Job. de Plat.* linguos, injuriosos pauperum dilaniatores. *Wesenberg. in par. de postul. n. 7.* improbos, appellant. Ideoque procurator litigiosus & cavillosus pro idoneo fideiussore non habetur. *Baratol. Cost.* & atii *Dd. in L. 2. pr. qui satisd. cog. Jas. in L. 2. n. 19. pr. ff. sol. matr. &c.* Ratio est apud *P. Rebuff. in L. si ita stipulatus. col. 4. de V. S. Hering. tr. de fideiuss. c. 7. n. 591.* Quia ab eiusmodi calumniosis hominibus difficultius pecuniam, quam ab Hercule clavem extorseris, & quia hi calumnias Præxeos die Processen zu drähen und zu wenden wissen.

Hos sequuntur litium institoris vulgo Solicitatores, Sollicitantem/ dicti, eò quod accelerare & solicitare debeant lites; eorum enim multi litibus quasi negotiantur, uti mercatorum factores monetā & rebus venalibus; multarum partium & processuum solicitaturam suscipiunt, cum tamen aliquando facti minimam notitiam habeant. Et hi ab ipsis Procuratoribus vulgo Brod-Dieb nominantur, quia ipsis mercedem debitam quasi auferunt & eripiunt. Hos uti odiosum genus suis coloribus depinxit Magenh. O. 79. vid. Blum. proc. Cam. tit. 63. n. 10. Hæc autem non de illis, qui à suis principalibus ad ipsorum causas solicitandas ad Cam. cum speciali mandato missi sunt, verum de illis duntaxat, qui exinde quaestum facere nituntur, dicta velim.

Sequuntur Notarii, de quibus summoperè conqueritur Hipp. de Marsil. rubr. de fideiuss. n. 39. Cogn. in L. librarius. n. 2. de R. I. quod inter multitudinem Notariorum, si unus doctus reperiatur, minimum 25. indocti videantur, ubi addunt, notariorum imperitiam valde periculosam esse, & conscientias proborum in magno discrimine ponere; item quod eorum ignorantia alii lurerum,

erum, aliis dānum indebitē & malitiosē afferat : eorum enim multi efficaciam clausularum nesciunt , consequenter litigatores in discrimen ducunt, vid. Hering. de fidejuss. cap. 7. n. 497. Pruckman. conf. 7. num. 63; vol. 2. Sixtin. lib. 2. de regal. cap. 15. num. 16. & lib. 1. de regal. cap. 4. num. 103. & 115. Reinking. de regim. sec. & eccl. lib. 1. class. 4. cap. 13. num. 21. & seqq. Neviz. conf. 28. n. 11. 12. & 13. dicit: hodiē morientium voluntates subjici imperiæ notariorum. Nonnulli horum scribunt testes jurasse , qui injurato deposuerunt , alii secreta processus nondum publicati evulgant , quidam mille alia litium protelandarum media novērunt. J. P. Ala. de p. 1. quest. 72. & 75. hinc certus quidam interrogatus , quam orationem Dōo quotidiē faceret , respondit : Mi Deus, prælerva me à rusticorum furore, cruris, ossium, & membrorum rupturā , Medicorum ana , & Notariorum ET CÆTERA. P. Greg. Thol. lib. 47. syntagm. c. 42. n. 5. Plura qui desiderat , legat D. Bernardum ad Eugenium, lib. 1. c. 9. Cassiodor. sup. Psalm. 73. Dom. Nanum Mirabellum in sua polyanth. verb. Advoc. fol. 13. Tiraqu. de nobilit. c. 29. Heig. p. 2. qu. 7. pr. Camill. Borell. in pref. cont. suar. n. 18. & seqq. itaque super his, quæ scripta sunt, irasci mihi nemo poterit , nisi hæc sibi applicare voluerit. Ego enim hanc litem meam non facio , sed autoritate optimorum JCTorum nitor; desuper propter aliquos aliquorum perversorum hominum abusus, Dignitatem Doctoralem & Advocatoriam , officium procuratorum , & artem notarialem , vel ipsos Doctores non esse contemnendos arbitror: utile enim per inutile non vitatur. Zaf. in L. stipulat. §. sed si. de V.O. Gail. 1. obs. 66. & 88. num. 12. Et conscientia mens recti te clarum, veritas & sinceritas præclarum & securum reddet , adversus omnes omnium maledictiones..

CAPUT V.

De causis protrahendarum litium ex ipso processu & meritis causa profluentibus.

PErtractatis causis protelandarum litium ex personis earumque defectibus orientibus, nunc de ipso processu & causæ meritis

ansam remorandæ litis progenerantibus discurrere, ordo & ratiō instituti suadet, videmus enim dubios & injustos litigatores, statim ad litem provocare, eandemque cœptam ex diffidentia causæ malitiosè protrahere, id quod legibus vetitum & damnatum est. L. si modo. 22. de usur. L. quisquis. 6. §. nemo. 4. C. de postul. talisque mora pro delicto habetur, licet in omittendo consistat. gl. in L. si mora ff. sol. matr. imò moram videtur facere, qui mavult litigare, quam restituere, L. nemo. 82. §. 1. in f. de V. O. Unde processus dicitur hominum nocentium & facinorolorum refugium, innocentium verò tedium & afflictio, P. Frid. de proc. lib. 2. c. 71. Sect. 6. Cetera litium incommoda nullus est, qui ne- sciat, unde satius est litem per Mandata aut alia media compul- siva intaetam servare, quam vulnerato processu remedium adhi- bēre velle, L. ubi C. in quib. caus. in integr. restit. Pruckm. conf. 10. n. 117. vol. 2. Cum itaque reipubl. plurimum intersit, lites ut maturè finiantur, causas protelationis beviter enodabimus, add. Keller. lib. 2. de off. jur. pol. c. 29. non tamen semper processus ordinari- us eò melior est, quo brevior, teste Bod. lib. 4. de republ. c. 6. n. 7. Pruckm. conf. 17. num. 66. vol. 2. neque enim ab executione incho- andus est processus, L. 1. & 2. C. de exec. rei jud. L. negantes. C. de O. & Aet. L. un. C. de prob. Coler. de proc. exec. c. 5. n. 33. lib. 1. Causa verò litigiosi hujus processus potissimum triplex est, (1.) quia ordo nec in processibus incipiendis, nec in iisdem perfici- endis observatur, Job. Briard. in pref. disc. jurid. **Vom Ju-
Ritzw.** quanquam qui sine ordine procedunt, absque Deo pro- cedere certum sit, Deus enim est Deus Ordinis, & non confusio- nis, ergo ubi non est ordo, etiam non est Deus. vid. Menoch. conf. 1. vol. 1. n. 1. Altera est frequens nimis usus & abusus rescri- ptorum sub- & obreptitiæ à Principe imperatorum. Bud. in for. pag. 491. Tertia causa est multitudo Procuratorum in judiciis inferioribus; rationem habet Job. Pet. Ala. tr. de adv. & caus. Christ. p. 1. qu. 31. Ut autem eò melius causas retardatae litis per- spiciamus, non pigebit totum processum breviter percurrere. Et quidem in primâ Instantia & judiciis inferioribus Actor (1.) libel- lum articulatum, hodiè, si velit, summarium, exhibet una cum sup- plicatione, vid. **Stadt Cöllnis. Gerichts. Ordnung.** tit. 14. §. es soll auch die Klag. (id quod in Cam. per R. I. 1654. §. die- sem

semper h[ab]et ut. 34. abrogatum est.) (2.) Mandatur Citatio, ut
 Imperatus intra 6. septimanas [in Cam. intra 8. in simplici ci-
 tatione, in Mandatis S. C. verò intra 4. septimanas] à die insinua-
 tionis respondeat, aut causas, quare ad hoc non teneatur, addu-
 eat. *Vult. 2. 7.R.c.27.* in aliquibus verò inferioribus judiciis pro-
 cessus absque prævia supplicatione decernuntur, & comparente
 reo demùm, si sint Mandata, in simplicem Citationem resol-
 vuntur. Verùm *Mindan. lib. 1. de proc. exerc. c. 1.* ait, Supplica-
 tionem non minus necessariam, quam Citationem, & litis con-
 statationem; Processus enim occultè factus & extractus in quavis
 lite suspicionem parit, c. 1. §. porro. *ut eccles. benef. Paris. conf. 57.*
n. 4. Dd. in L. quo tutela. §. clam. de reg. jur. Cothm. resp. 7. n. 103.
 ratio, quæ clam molimur, ea callide moliri, & non jus nostrum
 tueri, sed injuriam & litem in alterum comminisci existima-
 mur. *L. 1. §. 1. & 2. ff. quod vi aut clam.* Dein elapsò termino
 Citationis, Citatus raro, imò nunquam comparet, cuius con-
 tumacia accusatur, & ulterior comparendi terminus præfigitur,
 sub pœnâ litem pro contestâ acceptandi. *Jac. Ayer. p. 1. proc.*
hist. c. 4. obs. 3. Myns. cent. 4. obs. 66. & si demum compareat, di-
 latorias aut peremptorias exceptiones oppouendo nonnisi litem
 differt, facta in miscere heterogenea, modò ad probandum admitt-
 atur, & litem protelare possit, *L. peremptorias. C. sent. resp. non*
pos. L. ita demum. C. de procurat. cum ejusmodi digressiunculae à
 summâ quæstione annos aslites faciant, *teste Bud. in for. p. 474.*
 Turpitudo quidem non est, exceptionibus, litis ingressum præ-
 dientibus, aliquem à probando excludere, *Pruckm. conf. 49. num.*
147. vol. 1. per L. nullus. de R. J. L. 3. §. 15. de lib. hom. exhib. Sic vide-
 mus quod ante litis contestationem, in puncto fori declinandi, sub-
 & obreptionis, recusandi judicem, rejiciendi actorem, libellum;
 uti ineptum, mandatum procuratorum, &c. s̄epe plures anni
 conterantur, & lites protrahantur. *Keller. lib. 2. de off. jurispol.*
c. 29. Dein actori litiganti ad replicandum iterum terminus lega-
 lis conceditur, itidemque reo ad duplicandum, una cum duabus
 dilationibus sub comminatione, quia exceptio est favorabi-
 lior actione. *L. purè. in f. de dol. mal. except. Socin. conf. 99. col. 1.*
vol. 1. Curt. Jun. in L. petens. num. 14. C. de paci. tandem petit
 Reus se admitti ad probationem eorum quæ actor negaverat,
 ubi

alibi secundum causæ necessitatem & exigentiam Commissarii decernuntur, sed antequam procedant, quatuor dilations regulariter peruntur, & varia Commissariorum impedimenta, seu ut ita dicam, litium fomenta prætenduntur, ita ut annus interdum, & ultrâ præterlabatur, antequam rotulus fiat, & publicatio attestatorum cum copiis. Quamvis autem impertinentia, & à statulitis sive controversiæ aliena in judicio non sint probanda. L. si duo. §. idem. Jul. de jurejur. L. 1. & auth. in isto. C. de jurejur. propter column. Dec. conf. 162. n. 1. talisque probatio non recipienda, multo minus à judge decernenda. C. dilecti. de except. Chilian. Rösing. c. 69. §. Und das ist auch. Imò judex ne volenter audiet. Treutl. dispt. 4. th. 5. per d. auth. in isto. C. de jurej. propt. column. Dd. in L. 21. & seq. C. de probat. Nihilominus Reo sex septimanæ plus minus, secundum cuiusque loci aut judicij contuetudinem, conceduntur zu Einbringung seiner Probation - Schrifft imò tertia dilatio dari solet. His inconsulti litigatores non tam apto & composito litis instrumento probant, quam tumenti & incondita farragine sacculorum, qua sepe judicium moratur, ne dum causam instruit Bude. in forens. pag. 42. Tandem probatio exhibetur, quæ adversariis colligantibus nunquam satisfacit, etiam si Solem ipsum ad ostendendam & eruendam veritatem in manibus gereres, ut ait Mascal. vol. 1. q. 2. num. 24. & denuò terminus ad excipiendum, terminus ad replicandum cum tertia dilatione, alias iterum ad duplicandum, dein ad triplicandum & constitendum cum tertia dilatione, post ad quadruplicandum, hoc factio ad quintuplicandum, raseam decuplicandum, donec interlocutoria sequatur, & judicium interfatione, quasi tibicine fulciatur, das der Beklagte seiner Einrede ungeachtet litem zu contestiren schuldig seye. Noe. Meurer. p. 3. proc. Cam. fol. 159. Reyg. dispt. 4. proc. jud. th. 33. Pruckm. conf. 49. num. 199. vol. 1. hic sepe annus labitur, & ultra, antequam litis contestatio fiat. Pruckm. vol. 1. conf. 22. num. 26. ait: hodie rarò, imò nunquam in primo anno ad litis contestationem usque procedi, & Gylm. tom. 3. Symp. Cam. fol. 39. testatur: sepe contingere, ut decem anni effluant, priusquam lis contestetur. Kell. lib. 2. de off. jur. pol. c. 20. Sic etiam testatur Hartm. Vultej. vol. 1. conf. Marp. 17. num. 6. à die mortis ipsius, de cuius hereditate in Camerâ agebatur, ulque

que ad litis contestationem elapsos esse annos ferme XXXVIII.
 Et vol. 3. conf. 30. num. 41. ab investiturâ novâ usque ad litis contestationem annos LXXV. & ita lites plerumque ultra seculi spatium durant. Frider. Pruckm. conf. 16. num. 47. Lite demum contestata actor repetit articulos loco positionum, & perit, ut reus ad singula specificè respondeat, mediante juramento respondendorum, & simul defensionales sive peremptorios articulos exhibeat. Gail. 1. obs. 79. n. 3. (id quod hodie in Camerâ, sublato per R. noviss. libello articulato, cessat) & hinc majores litium aestus, si articuli non bene formentur, quia secundum Italos: *negli articoli sono pericoli.* Ursell. sup. dec. 7. Afflict. Ruland. p. 3. de comm. lib. 1. c. 2. num. 1. Ad hoc reo injungitur ut ad articulos defensionales intra terminum respondeat, qui tres pluresve dilationes obtinet, modo impedimentum fonticum juramento probare videatur, Lanfr. de Orian. in c. quoniam. n. 5. de testib. Panorm. in c. ex ratione 8. n. 11. de appell. Mascard. vol. 2. concl. 884. Rosenth. tr. Fend. c. 6. concl. 55. Gail. 1. obs. 91. n. 5. Eiusmodi impedimenta ut plurimum sunt, & referuntur: infirmitas, carceratio, paupertas appellantis, compromissum factum de lite, negligentia Procuratoris, si judex noluit, vel non potuit in lite procedere, casus fortuitus in itinere contingens &c. Matrh. de Afflict. const. Neapol. rubr. 62. n. 3. § 4. p. 1. Indecens quidem est illud impedimentum allegare, quod amoveri facile poterat, Tib. Decian. conf. 46. n. 143. vol. 4. Pruckm. conf. 49. n. 47. & nulla est impedimenti allegatio, cui impeditus facili negotio medium afferre potest, sed id ipsum facere studiosè omittat. Bald. in L. sed et si. ff. quib. ex caus. maj. Bart. in L. quib. dieb. 40. ff. de cond. § demonstr. Et hæc est omnium indubitata conclusio. Pruckm. conf. 49. n. 52. Sed hanc indecentiam litigatores licentiam putant, modò quintam, sextam, imò decimam dilationem obtineant, & lites protalent. In Cam. Imp. quidem salutariter provisum est, ut currente adhuc termino legali semel duntaxat ex causis fonticis prorogationem petat, & non ultrà, sin seclus, per interlocutoriam ad agendum certus præfigi solet terminus; verum multi hac salutari constitutione nimium abutuntur, ipse enim vidi certum quendam ad replicandum collegisse successivè XXX. mensis, pro prorogatione, cui postmodum, citra pœnam Ordinationis, 6. septimanæ ad agendum pro omni termino & prorogatione concessæ sunt: multi enim,

penuriâ DD. Assessorum & multitudine causarum freti tamdi^s
 dilationem petunt, donec tandem post longum tempus actoria
 feratur, imò cā latâ hoc modo item ulterius protrahere & no-
 vas dilationes petere non erubescunt. Sic in Augustissimo Ca-
 meræ tribunali ad abbreviandas lites ordinatum est, ut in Man-
 datis sine clausula usque ad replicas, in causis mandatorum C.
 C. ura & Citationis, seu applicationis ad duplicas usque, inclus-
 tantummodo procedere liceat, in ulterioribus autem scriptis pro-
 duendis, nullus currat terminus, sed ea, imperatâ extrajudicia-
 li venia, in prima audientia sive sessione, judicialiter produci de-
 beant: quotidiè autem videmus multos multum temporis elab-
 finere, antequâm ejusmodi producenda extrajudicialiter exhibe-
 ant; dein pro habenda veniâ producendi ex dissidentia cause non
 solicitant, ad hoc ut item protrahant, donec tandem post lon-
 gum temporis intervallum D. Referens proprio motu talem ad
 judicium remittat. Sic observavi in certa causa W. cont. V.
 ultra sesquiannum pro venia triplicandi sollicitatum fuisse, vidi
 quoque appellatum quendam fiducia bonæ cause ad acta priora
 loco exceptionum submittere, hoc inattento appellans replicat,
 appellatus loco duplicarum inheret factâ submissioni ad acta
 priora, & appellans, qui est in possessione quest. bonorum, in-
 attentâ dudum utrinque factâ submissione, extrajudicialiter ten-
 tat obtinere veniam triplicandi, ad hoc solum ut lis procrastine-
 tur; St. cont. D. Plura lubens scribere vellem, sed manum de tabu-
 la. Ad propositum, unde digressus eram, redeundo, miser litiga-
 turus responsiones, & defensionales, sive peremptoriales articu-
 los exhibet pharmacopolarum more, quid pro quo immiscerent-
 um, ut loquitur Pruckm. conf. 50. n. 445. vol. 1. rarè enim simpli-
 citer, i. e. sine plica, ut Dd. interpretantur, respondet, Bart. in
 L. 1. num. 4. de vulg. & pupill. subst. Jaf. in L. 1. §. simpliciter. n.
 8. de V.S. Ergo cum paria sint, non respondere, & obscure re-
 spondere, L. de atate. §. nihil. de interrog. L. Titia. delegat. 1. Gail.
 2. obs. 82. n. 4. (Joh. Pet. Ala. tr. de adv. & caus. Christ. p. 1. qu. 38-
 ait, infinitos errores committi in responsione ad petitiones, &
 adscribit malitia causidicorum, qui negant in facto verissima, &
 interdum instrumenta à seipsis conscripta,) hic litigans cogitur
 ad extrahendum instrumentum in formâ authenticâ, & ergan-
 dam

Nam mercedem, interim lites protrahuntur, & s^ep^e cogitur succumbere Actor non probans intentionem, quam reus & causidicus malevolè negarunt, gl. & Abb. in clem. pastoralis, in f. de jnd. Navarr. in manual. c. 25. num. 28. vers. 4. Graff. dec. aur. lib. 3. cap. 8. n. 4. p. 1. Nonnulli malitiosè respondent, non recepi mutuum, & si recepi, illud restitui, gl. in c. except. de R. f. in 6. 7mol. inc. ex tenore. not. 2. de test. Covarr. lib. 1. var. ref. c. 2. Ala. d. p. 1. qu. 39. Hinc Actori ad excipiendum contra responsiones Rei terminus consuetus conceditur una cum responsionibus ad defensionales, sive peremptoriales articulos; reo semestre ad replicandum contra exceptiones Actoris in punto responsionum ad positionales, & excipiendum contra responsiones ad defensionales vel peremptoriales articulos, sic altera interlocutoria fertur, an responsiones in punto positionum & defensionalium sint sufficietes, nec ne? & communiter ulterior responsio injungitur, quam reus usque ad tertiam dilationem protelat, & negat, donec Commissarii decernantur de quarum personis & qualitatibus t^epe per semestre disputatur, & tandem pro primâ dilatione probandi 6. septimanæ conceduntur; sequuntur secunda, tertia, & quarta, & 20. hebdomades præterfluunt antequam rotulus conficiatur, & copiæ hinc inde decernantur. Disputatio autem illa est servanda in fine litis, an pertinens sit & ad rem faciat, Castr. in L. ad probationem. C. de probat. Curt. Sen. conf. 71. col. pen. Alex. conf. 166. n. 6. vol. 6. Menoch. lib. 1. conf. 2. num. 360. Multi verius & tutius esse affirmant ante omnia discutere, an capitula pertinentia sint, nec ne, quam ea admittere cum clausula; Dec. inc. dilecti. not. 4. de except. & conf. 162. n. 1. Pvp. in L. 1. n. 60. si eert. pet. His ita peractis partes utrinque exhibent deductionem probationis, in punto positionalium articulorum, junctis exceptionibus contra personas & dicta testimoniis in punto probationis defensionalium, vel peremptorialium: Reus deductionem probationis defensionalium vel peremptorialium, cum annexis exceptionibus contra personas, & dicta testimoniis, in punto probationis positionalium. Uterque litigantium cum multis dilationibus excipit, replicat, & tamidu in scriptis agit, donec tandem ad conclusionem perveniant; sed haec scripta planè supervacua sunt, nam Probation-Schriften nach einem jeden Ar-

sicul ist Tarrenwerck / uti ait Keller lib. 2. de off. jur. pol. cap. 29. Cas. Guil. Scip. lib. 4. dec. 82. Nec dicam de reliquis scriptis, quæ lites in infinitum protrahunt, uti sunt additionales, additionalium additionales, augmentales, superaugmentales, super-correctiones, Anzeig und Bericht / Gegen-anzeig und Gegen-bericht / unumgangliche rechtliche Lohedurfft / unumgangliche Gegen-nohedurfft / Schrifft: an state mündlichen Recels, & plura ejusdem farinae scripta, qua non nisi partibus dispendium & sumptus, judici verò tedium afferrunt, uti conqueritur Gaul. 1. obs. 95. pr. Gl. in c. tales. 23. dist. reprehendit allegantes multa, & qui allegant multa, dicuntur pati fluxum legum. Dd. in L. 1. §. deniq. de aqu. plur. arcendā; cuius mali causa interdum non tam allegantibus, quam ipsi litigantibus, adscribenda videtur, quibus persuasum est, litium patrocinium debitè suscipi non posse, nisi producta hinc inde consarcinatis allegationibus colorata sint; gespicht und geslickt wie ein Bettlers Mantel. Herm. L. a. b. lib. 2. de censu. c. 7. n. 77. Unde DD. Camerales, manifestissimam fraudem & litis protelationem, quæ ex articulorum correctione sequitur, animadvertisentes, Anno 1593. 13. Septembr. per commune decretum eam planè prohibuerunt, Rutg. Rul. p. 3. de comm. ext. lib. 1. c. 7. n. 4. Post conclusionem iterum multum temporis labitur, antequam acta ad referendum distribuantur, distributa legantur, leta referantur, relata decidantur, decisa publicentur, &c. Jam si hoc tempus, terminos, & prorogationes diligenter computemus, multos annos habemus, quos in velificatione processus consumere necessum est. Non audivi nisi de quinquaginta annis, inquit Comiens. M. Jacq. Faye, La remonstr. pag. 134. litium curriculum inquit Bud. in for. pag. 533. ultra 4.5. spacia porrigitur, & præclaræ litigatorum fors putatur, qui septimo circi Basilicani spacio confecto, hoc est, post ærumnam septennii exhaustam ad palam pervenerunt.

Latâ demum sententiâ collitigantes non acquiescunt, sed beneficium aut Leuterationis, in rebus etiam clarissimis, aut appellationis, aut restitutionis in integrum, aut querelæ excessus in executione, &c. quamvis in puncto Leuterationis non declarationem, sed cassationem, seu reformationem totius processus pertant,

rant, & impetrant, etiam in terris, ubi Leuteratio non fuit in usu. Quantum ad appellationem, ea fit vel vivâ voce incontinenti coram judice, ita ut Appellans judici ad quem Apostolos reverentiales, &c., per modum extractus protocolli exhibeat, *L. litigatoribus. 4. C. de appell. Mysf. cent. 4. obs. 12.* vel in scriptis, coram Notario & testibus, *i. an f. cum. L. seq. de appell.* Continent autem processus appellatorii Citationem, Inhibitionem, & compulsoriales, mandaturque appellato, ut compareat, aut causas, quare ad id non teneatur, intra certum terminum alleget, quod si fiat, nihilominus appellans litis protrahendae, & executionis impedientiae gratia libellum articulatum exhibet, quibus vetera & nova ad nauseam usque disputata repetit, & item antefacto modo denudò protelat, ita ut plures anni conterantur, donec tandem concludatur, & sententia feratur, que licet tandem feratur, nondum tamen affequitur litigans, quod jure persequitur, sed colligans statim ad tertiam instantiam, & Cameram Imperialem provocat, Citationem, Inhibit. & compulsorial. impetrat, post semestre processus cum retroscriptis relationibus reproducit. Quomodo ulterius in hac Instantia procedatur, qui nescit, addiscat, qui scit, cogitet, non scribat. *Vid. Ord. Cam. p. 2. tit. 30. §. Würde aber.* Unde *Heig. p. 1. qu. 10. n. 44.* conqueritur, quod hodiè judices inferiores, in causis etiam manifestis in honorem judicis superioris appellationi etiam superflua & temerariae deferre soleant, de quo & *Theodor. in edit. c. 55.*

Maxima igitur litium multitudo exinde in nostra irrepit judicia, quod processus *L. properandam. C. de judic.* impropiè observatus, imò abrogatus fuerit, ita, ut *Zanger. tr. de except. c. 1. n. 22.* dicat, in omnibus omnium judicum judiciis non servari & nullum hisce temporibus usum habere, que Dd. de exceptione peremptæ Instantiae anxiè & copiose disputatione.

Ita de jure Canonico, (quod in processu observatur & iuri Civili præfertur, *Rittershans. in proem. tr. de differ. jur. Civ. & Can. Reinking. lib. 2. cl. 2. cap. 7. n. 11. vid. Blum. proc. Cam. tit. 25. §. 10. & 78. seqq.*) instantia litis triennio non finitur, sed tempore 18. aut 29. annorum omnis lis finita dicitur, si interea temporis nihil actum fuerit. Ita ex Cassiod. refert *Menvb. de arb. jud. quaest. cap. 202. n. 14.* *Lud. Gomez. ad reg. cancell. rubr. de trien.*

erien. poss. qu. 61. verb. 4. Lancellot. de attent. p. 2. cap. 4. in pref.
 n. 276. quod adhuc restringunt (1.) ad beneficialia, (2.) rescri-
 ptum sub- & obreptitium, (3.) ne procedat nisi 2. concurrentibus
 tantum temporis effluxisse, & de jure moventis litem nihil con-
 stare, Lancell. d. p. 2. c. 4. n. 281. ubi addit, contradixisse seniores
 Rotæ Romanae, etiam beneficialia quod attineret, proindeque
 opus esse, ut 37. anni currant. Pruckm. conf. 21. n. 85. cum. 2. seq.
 vol. 2. Constat ergo instantiam triennalem litium Civilum nec in
 Rotâ Romana, nec in Consistoriis Imperii servari, sed instanti-
 simè procedi, tum ob litium, uti dicunt, multitudinem, Mar-
 vant. de ord. judic. p. 5. ibi: omnia fiunt durante Instantiâ. n. 14.
 Myns. cent. 2. obs. 48. Gail. 1. obs. 128. n. 3. (quoniam mihi ob
 multitudinem litium instantia triennalis potius restringenda,
 quam extendenda videatur) tum ob sententiam Dd. qui volunt
 regulam de peremptâ Instantiâ in causis sive litibus, quæ in consi-
 storio Principis tractantur, non habere locum Job. Bapt. Asin. in
 pr. jud. §. 1. c. 3. n. 28. Matt. de Affl. dec. 283. ubi Ces. de Ursell. in
 add. n. 9. Zanger. de except. c. 1. n. 22. Imò hodie dum generali
 consuetudine eò deventum est, ut instantia sit perpetua, conse-
 querenter lites etiam perpetuae & immortales. Pet. Rebuff. in prel.
 comm. ad ord. Reg. Gall. Clar. §. fin. qu. 51. n. 8. Wesenb. conf. 5. n. 42.
 & quidem malè, religiosissimi enim Imperatores, ne lites fierent
 immortales, & quia illas saepe materiam criminibus creare no-
 scabant, lites triennio concluserunt, L. properandum. §. 1. C.
 dejud. Ordelaph. ad L. fin. num. 73. de R. V. Befold. lib. 2. pol.
 §. 2. fol. 627. ubi conqueritur, Instantiarum fatalia consuetudine
 jam fuisse abolita; Nonnulli enthymematici concludunt: Instanti-
 a à litis contestatione incipit, ergo sequitur, cum certum tempus
 instantiis causarum præstitutum sit, quamvis ante judicium cœ-
 ptum, sive litis contestationem multis annis disceptaretur de quæ-
 stione emergenti, aut exceptionibus dilatoriis, propterea tamen
 instantiam non petire. Jas. in d. L. properandum. ubi Sichard. n. 6.
 C. de judic. Bald. in L. & post editum §. pen. de ind. Zanger. de
 except. c. 1. num. 20. Spec. Br. & alii. qui affirmarunt litigatores
 100. & pluribus annis sine interitu litis in ejusmodi exceptioni-
 bus versari posse; & Spec. asseruit olim sibi causam commissam
 fuisse, in quâ de personarum legitimatione 34. annis fuit disputa-
 tum,

tuū, & si nondum contestata, in tit. de appell. §. breviter, verb. sed
 iuxta. Ias. in L. si insulam. num. 13. de V. O. denique si ad litis con-
 testationem fuerit per ventum, statim lites novae ex materiis coinci-
 dentibus insurgunt. Hinc est quod impossibile dicant, tot tan-
 tasque lites spacio triennali finiri posse: imò non foret impossibile,
 modo factum nudè ac rotundè recensetur, & causa principalis statim
 indagetur, quæ aliás processus reddit intricatos, pro-
 lixos, immortales & tot litigandi terminos procreat. Sæpius enī
 evenire videmus, ut Advocati jura colligantia ad nauicam
 usque disputerent, invertant, & crinibus quasi detorqueant tamdiu,
 donec judicem seducant, & traducant in eam opinionem, in quam
 ipsem Advocatus judicando non esset propensurus. Joh. Pet.
 Ala. tr. de adv. Christ. pag. 1. qu. 37. Non exigua litium foven-
 darum causa est, quod hodie communiter in animam alterius ju-
 retur, cum tamen proprium jurisjurandi sit, ut ad ipsum tantum,
 qui jurat, pertineat, & nullus alieno nomine jurare queat, ob
 gravitatem perjurii. Hub. Giphan. ad L. 39. §. 1. num. 15. de procurat.
 per L. 4. §. 34. 2. de jurejur. litigator principalis enim melius
 causæ veritatem scire, magis ex conscientiâ jurare, minusque pe-
 jerare præsumitur, quam Procurator; ille de lite propriâ, hic alienâ
 jurat. Obrecht. tr. de jur. cal. cap. 6. num. 20. Herm. Lather.
 lib. 2. de censu. cap. 7. num. 25. Ille Principalis conscientiôe lites
 tractat, hic superficialis licentiosè. Tam male consci seipso oculis
 & rubore aliquo indicant, ut ex epistolâ Tiberii apud Tac. lib. 3.
 annal. ubi Schot. n. 14. & quotidiana docemur experientia. Pro-
 curatores Cam. non adeò frequentes esse in præstanto juramento
 restitutorio, quam appellationis, ratio est, quia hoc præstatur in
 animam litigantis, illud verò etiam in animam Procuratoris pro-
 priam. Melius ergò ut in persona litigantes jurent, non verò in ani-
 mam alterius; In Camerâ tamen Imperiali quotidiè à Procurato-
 ribus in animas Principalium, Advocatorum & proprias jura-
 menta calumniae præstantur. Ord. Cam. p. 1. tit. 65. Obrecht. de
 jur. cal. c. 16. num. 28. & deploranda sunt perjuria quæ ex jure
 nascuntur. Seltser. de juram. lib. 3. cap. 1. num. 1. Sic nonnulli ju-
 rant animo fallendi, quod est improba voluntatis, Φαυλῆς προαισθ-
 εως. Nonnullos pœnitit jurasse, quod est imbecillis judicij, αἰσθη-
 τισμος. Nonnulli satisfacere nequeunt, quod est infirmæ faculta-

ris evidēns duvāne. Seig. de Pibrac. La. 2. rem. p. 94. ita, ut jura-
mentum calumniæ potius tolli quam usurpari possit. not. Bl. in
l. post perf. 24. num. 1. C. de evitt. Mar. p. 6. de juram. calumn.
num. 11. ne multi sub justitia clypeo pereant. And. Schef. part. 2.
quæst. 13. num. 29. *Justitia titulo vexatur egenus & insōns.* Georg.
Æmil. in proem. sac. Judicis itaque discretioni permittendum, &
inveniendum est remedium, ut longo litium sufflamine opus
non sit, imò judex processum, qui ambages habet, admittere non
debet. Jas. in L. fin. num. 5. C. de edict. D. Hadr. toll. Br. & Dd.
in L. 1. de R. C. dolo enim non præsumitur carere, qui rectâ viâ
non incedit, sed per anfractus & diverticula. L. qui fiscales. C. de
navicul. Bl. & Sal. in L. cum proponas C. de naut. fœn. Cravetta
conf. 115. n. 5. Quod si in imperata feratur sententia, ea vel per re-
medium appellationis, vel per querelam nullitatis, restitutionis in
integr. (hæc enim executionem suspendit) vel cum horum nul-
lum locum inveniat, tandem per interpositam revisionem infrin-
gi conatur; quæ igitur discordantibus pax dabitur, si nec legitimi-
nis sententiis acquiescere velint? Cassiod. 1. var. epist. 5. Brum. lib.
1. dec. Jenens. 9. num. 3. Hæc de modis remorandarum litium di-
cta sufficiant.

PARS II.

De Remediis abbreviandarum litium.

CAPUT I.

De Remediis in genere.

Quanquam vix sperandum, imò impossibile sit, talia remedia
invenire, quibus litium materia radicitus evellatur, & se-
cundùm Arist. s. pol. p. 437. mali litigiosi principium cognoscere,
cognitumque extirpare difficulter possimus: tamen
modus expediendi lites non est impossibilis. Besold. lib. 2. pol. c. 2.
f. 624. Lis enim uti & seditio, si altius progrediatur, est incurabilis,
idcirco initio est opprimenda.

*Litigiis obſta, male juridicina paratur,
Cum lites longis inualuere moris.*

lites

Lites ergo, quas tollere non possumus, impedire conamur, tanta enim perfectio, quæ nullas agnoscit lites. solius est DEI, ut Entis perfectissimi, *Ordelaph. ad L. fin. num. 168. de R. V.* Sic Anabaptistæ, dum perfectionem volunt, & lites nolunt, omnium rerum confusionem inducunt, & perfectionis colore totum Christianorum orbem turbare nituntur & everttere, ut ait *Zepper. de LL. Mosaicis. lib. 2. cap. 5. in f.* Si enim omnes probi essemus, non indigeremus politiâ, legibus, statutis, Magistratibus, litibus, aut eorum remediis, & si omnes essemus amici, nullus foret locus justitiae. *Ariß. 8. eth. 1. vid. Moscherosch.* im Scherzen Teuffel. Ad hoc ergo ut lites abbrevientur, appetitus noxius freno legis teneatur oportet, adulteria, furtæ, parricidia, rapinæ &c. cohibeantur, deceptions, quæ per contractus, usuarias pravitates, monopolia, ludos taxillorum &c. fiunt, eradicentur, tollantur exorbitantiae in expensis nuptiarum, exequiarum, pretiosarum vestium, & similibus, vid. *Cusan. lib. 3. de conc. cat h. c. 40. inf. Cyprian. inc. 23. q. 5.* Sunt autem remedia abbreviandarum litium alia divina, alia humana. Divina sunt, quæ à Deo nobis proveniunt; ante omnia ergo Deus placandus est, *Nicol. de Clemang. epist. 77. § 80.* qui facile lites tam publicas quam privatas exterminare potest. *Job. Surrisber. de nug. curial. c. 11.* Humana, quæ ab hominibus adinventa sunt, veluti remedia, & auxilia juris, cognitio Praetoris, *L. 1. §. 2. de R. V. t. tit. de extr. cognit. edictum, pactum, transactio,* quibus lites finiuntur. *L. non minorem. 20. C. de transact. manus militaris L. qui restit. 68. de R. V. remedium arresti. Giphian. in proleg. tr. de jud. aut. se fermè triginta juris remedia adferre posse. Nic. Vigil.* unum sufficere existimat, sc. veram litis contestationis explicationem, i. e. verum statum causæ indagare, eoque cognito item decidere. *Damhoud. in pr. Civ. quadrifaria litium remedia asserit.* (1.) Divinum, (2.) ut litigaturi litium sumptus, molestias, & expensas ante item cœptam extradant, (3.) remedium apud Advocatos & Procuratores. (4.) apud ipsos Magistratus & judices superiores confidere existimant. *Giphian. in proleg. tr. de jud. remediam abbrev. lit. dividit in publica & privata, ut transactio & jusjurandum. L. 1. de jurejur.* Publica duo sunt precipua, judicium & cognitio praetoris; illud ordinarium, hoc vero extraordinarium. *L. pecunia. 278. §. actionis. 2. de V. S. Remedii ordinarii*

rii & extraordinarii differentia ex supradicta distinctione processus ordinarii & extraord. desumi poterit. L. 2. §. proinde 6. d. R. 9. c. quoniam 11. de probat. adde L. nec quiquam. 9. §. de plano. de off. procons. L. levia. 6. de accus. Auctor discurs. vom Justitiens Werk. XV. Keller. lib. 2. off. jurid. pol. c. 29. VII. remedia abbreviandarum litium afferunt. adde Myrf. in pref. observ. Cam. ad Maximil. Cef. Trentl. vol. 1. disp. 1. thes. 2. Heig. ad §. omnes. num. 6. in proem. Instit. Muscul. de succ. conu. class. 1. concl. 2. num. 30. H. Lather. lib. 2. de cens. c. 5. num. 21. Alia remedia afferit Magn. Pergel. in thesaur. rer. select. p. 6. aliud afferit remedium Christ. Besold. lib. 2. pol. c. II. Remedium litium inter vicinos enatarum tradit Heyg. p. 1. ill. qq. 19. num. 2. & seq. H. Lath. lib. 1. de censu. c. 17. num. II. ut sc. bonorum alienis territoriis interiacentium instituitur permutatio. Haec sunt generalia litium remedia ab Autoribus sparsim recensita: nos autem proprius accedendo quedam specalia litium remedia recensemus. Cum vero hic de licitis tantum agere intendam, prætermis remediis illicitis, uti sunt: **Ramps Recht**/ tentamina per ferrum eandens, **Wasser Probe**/ quaerodie abrogata, obstagium i. e. **Leistmannung**/ repressaliæ, **das Faust und Bolzen Recht**/ tyrannicidium; de illis dunt taxat pauca dicemus.

CAPUT II. De Remediis Litium publicarum.

Superius lites divisimus in publicas & privatas; ideoque & hic remedia bipartire necessum erit. Et quidem primitio occurrit tyrannis, cuius avertendæ duo subiectam remedia, sc. politicum, & Theologicum. Politicum consistit in fomâ reipublicæ, ut unus splendorem & dignitatem præseferat, & formam statutus regalis: administratio vero & potestas disponendi de iis quæ universaliter ad salutem reipublicæ pertinent, sit penes optimates, nec plebi negetur aditus ad munera, officia, nec in quibusdam facultas suffragiorum. Hoc temperamentum sive remedium faciet, ne abusus introducatur, & tyrannidos periculum evitetur. Etsi. in apodem. ep. 18. Quod si jam tyrannus irrepserit, aliud remedium politicum tradit Alber. Gentil. disp. 3. de vi Civ. in reg. semp. injusti-

pag. 107. ut obsequio nostro faciamus malos Principes benevolos, & patientiā nostrā frangamus feritatem eorum. Theologicum syrannidis evertendae remedium consistit in contritione, confessione, & patientiā, Barcl. lib. 6. cont. Monarch. c. 24. pag. 507. It. in precibus. 1. Thimot. 2. **D**enen Unterthanen wird kein bequemes Mittel gelassen / wider die böse Obrigkeit zu handeln / denn daß sie dieselbe zu todt betten. Sarcer. in summ. 1. Sam. c. 8. Warens. de Erenb. de reg. subi. & oner. subd. c. II. num. 64. Est & aliud litium publicarum remedium bellum, ubi enim non sufficit virtutis ingenium, ibi valet armorum praesidium. Bald in c. olim. extr. de rescript. ideoque bellum geritur, ut pax & justitia queratur, & quæsita conservetur. **R**eichss. Absch. zu Nürnberg. Anno 1542. 9. **N**achdem aber / inf. Est & differentia religionum causalitum publicarum : cum autem de remedii ejusdem scribere mihi non sat tutum videatur, lectorem ad Warem. de Erenb. de reg. subj. & oner. subdit. c. I. num. 21. Reinking. de reg. sec. & eccl. lib. I. cl. 2. c. 7. num. 109. & seqq. remitto. Ne tamen hanc planè præterire videar, unum alterumve remedium hic subiectam. Primum est pax illa sancta Anno 1552. ac triennio post confirmata, quæ dira bella & litigia publica intuitu religionis ante exorta penitus sedare visa est. Camer. lib. I. medit. historic. cap. 58. Religio enim suadendo magis quam pugnando proficit. Theod. apud Cassiod. lib. 2. epist. 28. nemoque invitus, ut credat, cogi potest. Alterum remedium litis religiosæ est, quod statuit Carolus V. in Comit. August. Ann. 1539. **D**en 23. Sept. generale & liberum CONCILIO, per quod Christianæ societati tam in Ecclesiasticis & spiritualibus, quam in politicis & civilibus negotiis publica pax & tranquillitas restitui ac conservari poslit. Goldast. tom. 3. const. Imp. p. 514. Attamen cum religionum dissidium nimium quantum hucusq; creverit, precibus potius & temporis successu, quam decretis synodorum & humanis consiliis huic malo querendum est remedium. Spring. tr. de pac. relig. c. 15. pag 166. Tertium est Amnestia, à Thraubyulo primū inventa. Jul. Pflug. de reform. Imp. Sic religionis causā in multis Europæ regnis, veluti Bohemiā, Moravia, Poloniā, Lithuania, & Sabaudia sancta est amnestia, Thuan. in pref. oper. hist. Bodiu. 2. de republ. c. 5. num. 214. VId. Instr. Pacis Cesareo Suecicoru art. 2. &

J.P. Ces. Gall. Monast. art. 2. Quartum remedium est interdictio turbulentarum & seditionarum concionum. Bodin. 4. de republ. num. 482. Besold. lib. 2. pol. c. 1. §. 8. num. 49. Instrum. Pac. Ces. Suec. art. 17. Quintum remedium est constitutio sive statutum prohibens Clericos, Monasteria & Collegia bona immobilia, sive allodialia sint, sive feudalia, acquirere, eaque quovis modo comparata ultra certum tempus (Coloniae ultra annum & diem) retinere, idque ob damnum reipublicæ ex in eveniens. Hinc Jusamortizationis, vid. *Not. ad L. 8. C. de hered. instit.* Sic S. Rom. Imp. Status Laici inter 100. gravamina num. 4. petierunt, ut immobilia ab Ecclesiasticis possessa redimere possent. *Reink. de regim. Eccl.* lib. 3. cl. 1. cap. 8. n. 14. Hæc de ecclesiasticis litium publicarum remedii. Sequuntur Politica, inter quæ ponderosissimum in Germaniæ turbulentiis remedium est Ordo Electoralis, & conventus collegialis, quod innuit *Carolus IV. in pr. Bullæ*, se omnem contentionum & inimicitarum materiam tuâ sanctione amputatum. vid. cap. 2. 3. 7. 12. & 24. ejusd. *Aur. Bullæ* Hi enim sint, qui Regem Rom. designant. Bodin. lib. 6. de republ. c. 5. estque designatio futuri successoris optimum ad extirpandas seditiones remedium, *Pol. Virg. lib. 20. hist. Ang. p. 411.*

Alterum litium publ. remedium est arctior conjunctio & societas Principum, *Goldast. in pref. tom. 3. Conf. Imp.* Medium hujus remedii indicat *Casjp. Enf. pag. 2. th. pol. apotelesm. 36.* quo perfectum. & ad Turcici Imperii expugnationem sufficiens fœdus inter Christianos Reges & Princes fieri possit, vid. *S. de la Nove. disc. polit. & milit. 22.* Simon Wolder Pomer. Wie ohn sonderliche Beschwerd der Obrigkeit / auch der Unterthanen/ der Christenheit Erbfeind/ der Türk zu Wasser und Land zu überziehen und zu überwinden wäre; apud *Gold. tom. 15. der Polit. Reichs. Händel p. 505.* nihil enim aliud quam pia & æterna pax in fœdere. *Zas. 2. conf. 1. n. 4.*

Tertium remedium est sedula præcautio, ne sedition oriatur. *War. de Erenb. derez. subj. & oner. subd. c. 7. num. 37.* Nam omne malum nascent facile opprimitur, inverteratum plerunque sit robustius, *Cic. Philipp. 5.* nihilque in discordiis civilibus festinatione tutius, ubi facto magis quam consilio opus est. *Tac. 1. hist. 16. Schönborn. lib. 6. Polit. cap. 14. Tholos. lib. 35. Syntagm. c. 6. n. 24.*

& cur,

& cur, inquit Ulpianus in L. 13, §. 3. ff. de usufruct. ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos potest sua jurisdictione componere? Notandum enim quod ante seditionem requiratur providentia Magistratus; in concitatâ, Auctoritas & vindicta, in sospitâ, discordiarum oblivio. *Justin. ex Togo, lib. 5.* Deinde in omni republ. diligenter advertenda est cautela, ne insciis superioribus Conventus aut Comitia habeantur, quod Hispanis, Neapolitanis, Bohemis interdictum legimus, *Bodin. lib. 3. de republ. c. 7. Rol. à Valle, cons. 17. n. 32. lib. 3. Acta Bohem. de A. 47. Heig. p. 1. qu. 4. num. 44.* multò magis ergo conventicula tanquam litium fomenta prohibeantur.

Quartum remedium est Lenitas & Consilium, quibus populus reconciliatur ut plurimum, *Bodin. lib. 4. de republ. c. ult.* non enim statim ad majora remedia transeundum esse suadet *Machiavell. lib. 2. disc. 27.* sed à mitioribus incipiendo, tentanda est litigantium desperatio, nec omnino desperanda; *Arnise. lib. 2. doct. pol. cap. 5.* reconciliatio verò plerumque seditionibus modum ponit, *C. placuit. dist. 90.* & concordiam maximè affectat. *D. Thom. 1. 2. qu. 61. Rain. Cons. de priv. reconc. cap. 4. pag. 13.*

Quintum remedium est eloquentia, quæ ad sopiendam seditionem multum conduit; nam ad sedandos tumultus aptissimi sunt, qui bonis artibus in vulgus grati sunt, *Christ. Ohem. in disc. c. 3. num. 12.* Sapientissimos, ac summâ virtute præstantes viros, qui litigiosos populi motus orationis lenitate atque prudentia regere possint, adhibendos esse existimat *Virg. 1. Aeneid.*

Ille regit dictis animos, & pectora mulceret.
Ergo vir auctoritate pollens ad sopiendas lites publicas eligendus est, qui si eloquentia sua & auctoritate nihil proficiat, ad fortiora & violentiora remedia progrediendum erit, quæ principio minanda potius, quam tentanda, *Apollo. lib. 5. Phil.* Igitur, qui vult compescere seditionem, is quam celerrimè tollat è medio Capita ejus, & Auctores **die Haupt-Rebellanten die Rädte-Führer**/ qui lites publicas & privatas excitant, *Machiavel. lib. 2. c. 24. de republ. & lib. 3. c. 27.* interest enim reipublicæ, ejusmodi hominibus purgari *L. 3. & 13. de off. pref. Christ. Ohem. in disc. c. 3. n. 12. Machiavel. lib. 1. disc. 52.* putat, non esse melio-

rem conatus seditiosorum excludendi viam, quam si eadem arte, quā illi plebem ad se trahunt, eandem ab his avertas. Plebs etiam ambiguis promissionibus induci potest, ut quieti se tradat; sin instantius urgeat lites publicas, irrita facile faciet Princeps, quæ per seditionem populus extorserit, *Schönb. lib. 7. pol. c. 14.* Divilendi sunt Auctores seditionum, ut hoc remedio consensus multitudinis tollatur: quidam occultis præmiis alliciendi sunt ad obedientiam, quidam per fallaciam demulcendi; mittendi quoque ad eos, qui eadem velle simulent, quod plus auctoritatis consilique insit. *Schönborn. lib. 7. polit. cap. 14. num. 4. 5. 6.* Sic Antigonus Rex Pythonem, hominem seditionis blanditiis ad se allectum in medio Macedonum trucidavit. *Polyen. lib. 4. strat.* Pœna autem rebellionis varia est pro qualitate personæ; aut enim in furcam tolluntur, aut bestiis objiciuntur, aut deportantur, *L. s. quis. 38. §. 2. de pœn. t. t. C. de sedit.* vid. *L. 3. §. 4. ad L. Cornel. de siccari. L. aut fact. de pœn. c. latores. 4. extr. de cler. exc.* *Gail. 2. de PP. c. 9. Peinlich. Halsiger. Ordn. art. 127.* mit Abschla- gung seines Hauptes gestraffet; oder mit Ruthen gestri- chen; und aus der Landgegend verwiesen. Ne tamen seditiosi ad desperationem veniant, & animum resumant, *Bodin. lib. 3. de republ. c. 7.* pro cautela est, ut spes veniae nulli præcidatur; *Keller. lib. 2. de off. jur. pol. c. 20.* tria contra rebelliones remedia tradit. (1.) ut rector Civitatis aut provinciæ mature præcave- at, ne accidant, (2.) ut easdem emendet oportunè, priusquam vires lumpferint, & ad effectum pernitiosioris perturbationis vene- rent. (3.) ut pœnis afficiat auctores, non omnes complices: æ- quum enim est ibi pœna consistat, unde orta est culpa; & *Vigel. lib. 3. c. 4.* auctores criminum ita vindicari debere, ut ad omnes metus, ad paucos pœna pertineat. Nam unius improbi suppli- cio multorum improbitas coeretur, ut inquit *Cic. 3. in Verr.* De- nique arma seditionis adimenda sunt, *Gail. 2. de P.P. c. 9. num. 34.* Plura remedia vid. apud *Tholos. lib. 23. c. 9.* *Decian. de delict. tit. de conc. fact. & sed. lib. 7. c. 7.* *Machiavel. c. ult. sua reipubl. Bodin. lib. 3. c. 7.*

Ultimum litium publicarum remedium est, ut eviteretur an- nonæ caritas, ubi tria observanda sunt, (1.) confugiendum ad Deum, (2.) emenda frumenti copia & importanda, (3.) di- spen-

spensa rite annona; nam citò emenda, caute convehenda, denūm mirabili oeconomia distribuenda. Huc spectant **die** **Kornhäuser** & consilium frumentarium sive annonarium, vid. Bodin. lib. 3. de republ. c. 1. Hipp. à collib. in consiliar. pag. 68. in spec. anl. obs. reliquæ litium publicarum caute contrariis remedis tollendæ sunt.

CAPUT III.

De remediosis abbreviandarum litium ex personā judicis resultantibus.

Nonnulli unico remedio omnes lites abbreviari posse opinantur, Officio sc. Judicis nobili, provido, diligenti, quod in diminuendis finiendisque litibus versatur. L. quidem. 21. de Reb. Cred. L. 2. pr. de aq. pluv. arcend. L. 13. §. 3. de usufr. o. finem litibus. extr. de dolo & contum. Quanquam verò remedium hocce plurimum salubre esse non dissitear, id solum tamen minime sufficere credo: quamvis enim judges exactissimam litigandi formam & modum præscribant, interim tamen, si litigatores incertum litis eventum concordiae anteponant, alia remedia applicare necessum est. Anthon. Faber. I. 9. C. for. tit. 22. Hinc amicabilis compositio à judge tentanda inter partes, antequam ad processum diveniatur. c. 1. X. de mut. pet. o. ult. extr. de transf. att. c. si illie. 29. caus. 23. q. 4. c. querel. 15. X. de simon. c. si primates. 4. caus. 5. qu. 2. L. 13. §. 3. ff. de usufruct. Felin. ad rubr. de Treug. & pac. n. 1. non enim prudenter fortunæ arbitrio committitur, quod per concordiam componi potest, Andr. Knich. de iur. Saxon. c. 3. fol. 260. ac legumlatori circa amicitiam & concordiam magis, quam circa justitiam studendum est, Arist. 8. Ethic. 1. Hinc in omnibus ferè Europæ provinciis statutum est, ut lis omnis amicabiliter componatur, antequam ad processum plene diveniatur, uti de Galliâ testatur Anthon. Fab. in Cod. lib. 9. tit. 22. de Italîa, 7as. vol. 1. conf. 35. Fulq. conf. 152. de Germaniâ, Rec. Imper. ae anno 1654. c. Zweckens / solle der Richter ic. 110. hisce formalibus: solle der Richter erster Instanz/ **die**

die Partheyen in zweiffelhaften Sachen nicht allein vor angefangenem Rechtstand und litis contestation, sondern auch in quacunque parte Judicij durch alle dienliche Mittel und Weg auch schiedliche Erinnerungen/in Güte von einander zu setzen / und hierdurch alle weitläufige kostspaltige Rechtsfertigung zu verhüten / sich beflissen / jedoch / ehe dann er die Güte vorschlägt / vorhero in den Sachen sich wol informiren / und sein Absehen bey diesem gütlichen Vergleichen dahin jederzeit sorgfältig stellen / damit die eine öffentlich ungerechte Sach führende Parthey zu denselben nicht gelassen/ noch der rechthabende Theil damit beschwehrt / noch auch die Justiz / wider des andern Theils willen / verzogen werden.

Omissa tamen amicabili tractatione, processus per hoc non est nullus , nec reus ab observatione judicij absolvendus , sed respondere tenetur , Frider. Pruckn. vol. 1. consil. 42. n. 1. & seqq. Cum autem plerumque litigantium animi sint heteroclitici, nec ad concordiam proclives , querendum venit: *Num iudex litigaturos ad concordiam compellere, & cogere posse?*

Affirmativam tenent Thessaur. decis. 89. n. 1. & 3. Dec. cons. 13. vol. 1. Barbat. vol. 4. concl. 54. Gail. lib. 2. de Pac. publ. c. 18. n. 6. & 7. Wesenbec. cons. 21. n. 1. quorum sententia in certis latenter casibus videtur admittenda , sc. si subsit timor, ne partes ad arma veniant , Menoch. de arbitr. Jud. quæst. centur. 5. cas. 442. n. 9. Keller. de offic. jur. pol. cap. 7. aut dissensio sit inter partes insignes , unde Respublica turbari possit , L. 21. §. in civilibus. ff. de captiv. vel lis sit super alimentis , Dec. in L. quidam. 21. n. 4. v. hoc tamen. aut partes diu litigarint , & sic Respubl. inquietaretur, Novell. 17. c. 6. de Mand. princ. Matth. de Afflit. dec. 194. n. 7. aut de prejudicio tertii agatur , Par. de Put. tr. de Synd. c. 1. n. 6. aut constet judici alteram partium justitiam fovere , Dec. in L. quidam. 21. n. 5. vel etiam , si causæ sint multum dubiae . Grav. ad Vest. lib. 3. c. 1. n. 12. Mont. de jur. tut. c. 33. n. 287. idque maximè , quando lis vertitur apud judicem supremum , Matth. de Afflit. dec. 149. n. 7. & 8. de quibus ; aliisque casibus vid. Felin. in rubr. extr. de Treuga & pace, 2. & seq. Par. de Put. tract. de Synd. verb.

verb. concordia vero *Judex.* n. 1. & seqq. Ceteroquin regulariter Judices, præsertim inferiores, partes litigantes ad concordiam, & amicabilem compositionem cogere & arctare nequeunt, sed processum admittere tenentur, *Par. de Put. loc. cit. n. 9. Bartol. in L. congruit. 13. ff. de off. Presid. n. 4. Frid. Pruckm. vol. I. cons. 42. n. 6.* nemo enim jure compellitur ad transigendum vel paciscedendum, *L. 3. §. tametsi. 1. L. diem. 27. §. stat. 2. ff. de recept. arbitr.* *L. si quis major. 41. C. de transact. L. si dictum fuerit. 56. §. si compromiser. ff. de evict. L. nec emere 16. C. de jure delib. Bald. in L. 7. C. de Sentent. ubi ait, concordiam suaderi, imperari non posse, aut, pacem esse bonum persuasibile, non compulsibile. Jacob. Menoch. dist. cas. 442. n. 8. hinc *Judex* sit pacificus oportet. Cum autem hujus non sit instituti officium *Judicis latissimum latius* describere, remedia saltem considerabimus, inter quæ generale est, quod illâ ipsâ horâ, quâ *judex* judicat de aliis, ille ipse à Deo judicetur, gl. *Landrechti* tit. 3. art. 30. arg. *L. rem novam. 14. pr. ibi: sic etenim, C. de judic. c. quicunque. 11. qu. 3 & quidem eo modo, quo *Judex* alios judicat; quod si quisque *judex* in judicando probè perpenderet, alios iniquâ sententiâ nunquam gravaret. *S. Luberrimum quoque litium abbreviandarum remedium est, si Rex, Princeps, & quisque *judex* superior, non solum present, sed etiam intersint judiciis, secundum illud:***

— ut presens quasi maximus omnia *judex*
Claudere jura manu, cunctasque recidere lites
Debeat.

Sic Salomon ipse judicio præsedidit 1. *Reg. 3.* Sic Maximilianus Anno 1502. mense Septembri, Augustæ Vindelicorum bis judicio Cam, interfuit, & libellos supplices subscriptis, *vid. lib. an 10. de person. jud. Imp. Ingolstadii anno 1557. impress. Auth. disc. de concur. jud. Aul. & Cam. p. 48. & 49.* ubi similiter refert, duos Camerales Maximiliano II. anno 1570. baculum justitiae, *den. Ges richts. Stab/* præsentasse, ut ipse jus diceret. Dein nulla pars inaudita condemnatur; hinc Alexander M. accusatore præsente in judiciis, alteram sibi occlusit aurem, ut reo vacua maneret, *Plut. in vita Alex. M. unde Poëta:*

Cur geminas homini concepit Jupiter aures?

Posit ut hæc lœsis, illa patere reis;

Quoad judicem superiorem igitur potissimum remedium generale est audientia & præsentia. Quod judges inferiores attinet, remedium est, ut pauci sint Judges, Deum timentes, veritatis amantes, piè & honestè viventes, Exod. 18. mores enim præferuntur scientiæ, arg. c. Sedulio, dist. 38. L. magistros. C. de prof. & Med. lib. 10. & illaudabilis scientia, quam vita maculat. c. nisi causa. §. per def. de renunc. Pauci, quia multitudo judicum à quò, introducit multitudinem litium ad quem ; in superioribus autem judiciis, quia plures sunt lites, plures quoque Judges ordinari debent ; sunt quoque docti, experti, & diligentes, ne partibus ex ignavia Judicis damnum accrescat, cui malo remedium invenit Recess. Imper. noviss. §. Wann sie auch re. ut nim : eo casu Fisc. Cæl. ad pœnam sive mulctam sibi applicandam agere debeat. Imperiti igitur & scientia juris destituti à judicandi munere removantur, & tantum literati elegantur, c. status. dist. 61. L. 14. pr. ibi: legum observatione &c. C. de jud. Nov. 60. in f. Nov. 82. ubi Schrad. de feud. pag. 10. Sæc. 14. n. 2. vid. Novell. 8. per tot.

Vari judicium electorum abusus sunt : officiorum venalitas, avaritia, corruptio, iniquitas &c. Remedium igitur est, ut venalitas officiorum judicialium seriò prohibetur, quia malè agenti occisionem præbet. arg. d. Novell. 8. §. cogitandum. in pr. Massard. de prob. conclus. 1137. n. 39. & 40. ubi ait, ementem officium omnia mala excogitare, Galli id vocant : Baratterie. Nos crimen ambitus appellamus, non obst. L. unic. C. de suffrag. ubi ambitus officiorum à crimine alienus esse videtur, quia ambire, i.e. honores & officia petere non sit prohibitum, re. si id licito modo fiat, fecis autem li donis & muniberis eò tendat. Alterum remedium quo huic malo occurritur, est jusjurandum, ante ingressum Magistratus seu officii præstandum, se, se nihil dedisse, nec se daturos aut promisuros quidquam pro Magistratu ac lite terminandâ; L. ult. C. ad L. Jul. repet. c. sanctimus. 1. qu. 7. oportet enim præsides, conjectis in leges oculis quibuscumque litigatoribus æqualitatem atque justitiam tribuere. Nov. 149. c. 1. in f. Tertium remedium est POENA, eaque duplex, divina sc. & humana. Divina est, dum quilibet judex ipso momento, quo judicat in terrâ, à Deo quoque judicatur in caelo. Hiob. c. 15. v. 34. inquit : ignis devorabit tabernacula eorum, qui munera libenter ascipliant, sc. contra justitiam,

stria in eorum enim habitacula consumet ignis hostium; uti nota-
vit Joh. Bugenh. Pom. in comm. ad Hiob.

Humana est multiplex. Sic judex pecuniam accipiens, ut
sententiam sive justam, sive injustam pronunciet, in poenam L.
Jul. Repetundarum incidit, L. 3. & 6. §. 2. ad L. Jul. repet. c. non
lacet. 69. caus. II. qu. 3. Nov. 8. ut judges sine quoquo suffr. ex Con-
stitutione Justin, in quadruplum ejus, quod pro suffragio datum
est, L. ult. C. ad Leg. Jul. repet. Nov. 161. cap. I. in f. ex Senatus-
Consulto multa centum aureorum cum infamiâ irrogatur, L.
unic. §. I. §. pen. & ult. ad L. Jul. Amb. Sic quoque judex pecunia
corruptus injustitiam faciens tenerit edicto de calunnia, t. t. C. de
pæn. jud. qui malè jud. Aut poenâ falsi, L. qui duobus. vers. & is
qui iudicem corruperit, ad L. Corn. de fals. Quæstio hic obvenit,
num iudicii maturanda vel administranda justitia causa, munera a
accipere liceat? Pfeffinger. in notis ad Vitriarii Ius Publ. in proem.
id affirmat in casibus (1.) si donatio fiai gratuito, lite jam de-
cisâ, & absque pacto precedente; (2.) si judex citra officium
suum aliquid faciat, v.g. iter in se suscipiat, aut expedienda cau-
ſæ ergo noctem insomnem ducat; (3.) si consuetudine intro-
ductum sit, ut sponte oblata admittantur &c. Alii id restrin-
gunt ad Xenia, sive esculentia, poculenta, minutila scilicet: sic de
jure Lubecensi mag. ein Bathmann wol. ein Stövecken
Wihns nehmen / Joach. Kollius tit. i. jur. Lub. art. 2. & ejusdem
juris Commentator, Joh. Sibr. p. 1. Sect. 17. art. 4. n. 14. doliola
permittit, non integra dolia.

Mihi autem cum aliis concludendum videtur, quod nec
haec accipere liceat: nam & in minimis est affectio, & doliola mul-
tiplicata constituunt dolium, vid. Tholosan. lib. 2. de repub. c. 6. n.
16. arg. c. militare. 23. qu. 1. Jus etiam Divinum gravissimas hanc
in rem facit comminationes, Exod. c. 23. v. 8. ne accipite mu-
nera, que etiam exceccant prudentes, & subvertunt verba iustorum.
Et Esiae c. 5. v. 23. Væ qui justificatis impium pro munib[us] &
iustitiam justi auferitis ab eo &c. Idem jure Civili prohibitum est.
Nov. 17. c. 1. ubi ait Imperator: pure sumenter administratio-
nem, & sine omni suffragio pra omnibus aliis mundis servare Deo
nobisque & legi manus, &c. vid. Novell. 161. in pref. & c. 1. No-
vell. 24. c. 2. & signanter Nov. 8. in pref. Id quoque jure Came-

rati vetitum, vid. Ord. Cam. part. I. tit. 57. ubi legitur: **Auch vor den Partheyen oder jemand anders/ keiner Sach halben/ so im Gericht hanget/ oder hangen würde/ kein Gab/ Geschenk oder einigen Nutzen durch sich selbst/ oder andere/ wie das Menschen Sinn erdencken möchte/ zu nehmen/ oder nehmen zu lassen/ ic.** Hæc de persona judicis.

Quoad processum verò judex superfluas dilationes non concedat, si enim pars damnum acceperit ex protractione judicis, id parti resarcire tenetur, *Menoch. conf. 246. num. 65. & conf. 1205. num. 50.* nam, ut inquit Brumm. in proc. Civ. cap. I. n. 63. longiorum istarum judicii morarum causa ex parte residet in judicibus. Libellum ineptum non admittat, *Pruckm. conf. 50. num. 201. vol. I.* examinibus testimoni personaliter intersit, maximè in causis arduis. *Auth. apud eloqu. C. de fid. Instrum.* ut veritas facilius eruatur. *Marsil. in pr. §. diligent. n. 128. vid. L. de minori. §. torm. de qq. L. multum C. de testim.*

CAPUT IV. De Partibus Litigantibus, & quomodo ha- lites abbreviare possint?

PErtractatis iis quæ ad personam judicis pertinent, nunc ut de personis principalibus, litigantibus, agamus, ordo instituti suadet; specialia igitur remedia contra malitiam litigantium, omniumque hominum calumniam, obtrectionem, diffamationem &c. recensebimus. Ea suppeditat partim S. Scriptura, partim Jus Civile, partim ratio naturalis & honesta. Sic (1.) est ultio divina, *Ecclesiast. c. 23. ibi:* brevis omnis malitia, 3. Reg. 2. *ibi:* Malitiam tuam reddet Dominus. *Psalm. 51. 93. & 140. Hier. 2. & 5. Ephes. 4. 1. Corinth. 5. 1. Reg. 12. Proverb. 14. & 20. Sap. 16.* Sic Lex per Moysen data est ad cohibendam hominum malitiam. *Gen. 6.* quia lex malis moribus imposta est, 1. ad Timoh. 1. ad Rom. 3. & 5. c. fin. II. quæst. 2. (2.) Est Jus Civile, sive lex, eaque ita abhorret malitiam, ut protervitati litigantium modis omnibus obviare studeat, modo condemnando in expensas, modo jurejurando, modo infamiae metu temeritatem litigantium coercendo §. r. *Instr.*

Instit. de pœn. tem. litig. L. 2. de Episc. and. L. eum quem temere. 79.
 de jud. L. ab execut. C. quorum appell. non. L. 1. C. de jurejur. propt.
 cal. cap. 2. § fin. dejur. column. in. 6. adeo, ut lex malitiam litigio-
 sam malitiæ tolli concedat. L. in fundo. de rejud. gl. in c. cupientes.
 verb. malign. de elect. in 6. c. Dominus noster. 23. qu. 2. qui enim
 justam litem fover, nec alio modo suum consequi valer, ad elideri-
 das adversarii malitias & machinationes, cavillationibus &c.
 quoque uti potest, modo ad id falsum, aut perjurium non adhi-
 beat. Tiraq. de retract. in pref. num. 70. ratio, quia malitiam ex-
 cludens non præsumitur malitiosus, L. 1. §. 3. de dolo, L. 6. §. 8. si
 quis omis. causâ test. L. cum pater 77. §. 31. de leg. 2. Hinc singula-
 re remedium contra pervicaces lites, & ad repellendam litigan-
 tium malitiam adinventum, ut sc. reus conventus ab initio pe-
 rat ab actore jurari de calumnia, nec amplius insistat, hoc enim
 casu si non juretur, & sententia feratur pro actore, hæc ipso jure
 erit nulla, & executioni demandari non poterit. Rol. conf. 71. lib. 1.
 num. 2.

Usque adeo leges oderunt lites, ut confessio liberatoria ab-
 sente parte facta, in renunciatione litis, odio litum præjudicet. gl.
 in L. postquam lit. ubi Purpur. col. 7. C. de post. Rl. in auth. in
 success. in f. C. de leg. hared. à judicibus igitur malitia litigantium
 comprimenda venit. L. si long. §. si fide de judic. judex enim ex offi-
 cio malitiam litigiosam repellere tenetur. c. fin. ubi Felin. de car-
 lumn. Angel. in L. athletas. §. calumniator, de his, qui notant. in-
 fam. L. 13. §. 3. ff. de usufi.

Jure Civili tria adversus temere litigantes prodita sunt re-
 media, quorum primum est, condemnatio in expensas, de qua
 Reg. circumfertur, victum vitori in expensas litis condemnandum esse. L. 89. dejud. L. ult. C. quand. provoc. non est necess. L. 4.
 C. defruct. & lit. exp. c. finem litibus. de dol. & contum. Trenit. 1.
 disp. 12. th. 16. Rosbach. c. 78. num. 1. Wurmb. 1. obs. 24. hoc enim
 remedium efficer, ut in malâ causa nullum litigare deleter. Gol-
 dast. tom. 3. const. Imp. pag. 24. Gail. 1. obs. 152. num. 1. ubi n. 7.
 tria remedia temere litigantium recenser. (c.) est pœna quinqua-
 ginta librarum auri puri. text. in L. ab executione. C. quorum ap-
 pellationes non reperiantur; gl. ibid. in verb. multando. (2.) Est
 pœna extraordinaria ad arbitrium judicis, juxta textum in L. eos

§. ne temere, C. de appellat. gloss. ibid. in verb. p̄nam. tertia poena
est amissio caulae & nota infamiae, L. à proconsulibus, C. de appellat.
De Jure Canonico mitiores sunt poenæ, uti notant Dd. in
c. cum appellationib. frivol. de appellat. in 6.

In Camera Imp. poena temere litigantis arbitraria est, & se-
cundum qualitatem personæ & causæ temerarius litigator ultra
expensas condemnari solet in aliquot marcas auri puri, vel argenti.
vid. Ord. Cam. p. 1. t. 28. §. Darzu p. 2. & prajud. Cam. in symph.
tom. I. p. 3. vot. 15. in fin. quæ poena postea aucta usque ad 20,
marcas auri puri. X. 2. de Anno 1654. §. Und nach dem allem
120. & ad Advocatos partium temere litigantium quoque exten-
sa est. Sic Jacob. Simanca lib. 9. de Republ. c. 31. num. 7. ait: Ideo
Mahometanis paucas lites esse, quia temere litigantes publicè
flagellis cædantur. Hillig. in Donell. encl. lib. 26. cap. 3. inf.

Huc faciunt expensæ retardati processus, quæ non ad finem
litis reservari, sed in qualibet ejus parte etiam ante sententiam de-
finitivam refundi debent, L. pen. de fruct. & lit. expens. Felin. in c.
signif. n. 25. de libell. oblat. **Cammer-Gerichts-Ordnung.** tit. 50.
§. 7. pag. 3. idque judex etiam non requisitus ex officio attendere
debet. vid. Gail. 1. obs. 151. n. 21. ubi ait, in Camera id observari.
Quod hodie à litigantibus parum aut nihil curatur, propter exigua-
m expensarum taxationem: malunt enim hi expensas persolvere,
& per hoc litem protrahere, quam bona possessa alteri restituere.
Unde ad abbreviandas lites cavendum erit, de sumptibus & ex-
pensis ad 10. ejus quantitatis, quæ libello continetur, pulsato resti-
tuendis, in casu quo injustè litem movisse deprehendatur. Schneid.
§. fin minus. num. 4. Inst. de action. Nov. 96.

Alterum remedium Juris Civilis est juramentum calumniæ,
sive malitia. L. 1. ubi Gothofr. C. de jur. propter calumn. ne litigan-
tes injustis & non necessariis probationibus onerentur. Nov. 49. c.
ult. secundum versus:

Illud juretur, quod lis sibi justa videtur,

Et si queratur, verum non inficietur,

Vt lis tardetur, dilatio nulla petatur,

Nil promittatur, falsa ut sententia detur.

it. ne lites multiplicentur, sed potius cohibeantur, L. 13. C. de
transact. L. 2. de aqu. & aqu. pluv. arcend. L. quidam 21. de reb.

Cred.

Cred. Multi enim juramento calumnia deterriti malunt non litigare , quam jurandum præstare : hinc actor jurare recusans , exclusus à lite cedat ab actione , reus vero juramentum subire detrectans pro confessio habeatur & sententiam condemnatoriam exspectet . L. 37. ff. de jurejur. L. 2. §. quod si actor. C. de jurejur. propt. cal. Nov. 124. §. illo utique generaliter. Sic quoque colligatores temerè negantes in actione L. Aquilæ , & Legatis venerabilibus locis relictis , duplo puniuntur . L. 4. C. de leg. Aquil. §. 1. Inst. de pœn. tem. litig. Eodem modo conventus actione reali , si neget se possidere , & convincatur de mendacio , perdit rei petitæ possessio nem , propter inficiationem , & ut pœnam suæ protivitatis & malitia patiatur . L. fin. de R.V.

Hæc de remediiis Juris Civilis. Sequuntur nunc rationes honestæ , inter quæ potissima est censura morum , adeo , ut censure acriter animadvertant , si malitiam , si ebrietatem , si jurgia , si perjuria , si contemptum religionis Remp. invadere deprehendant . Schönborn. lib. 3. pol. cap. 10. Nam adversus injustitiam , petulantiam , timiditatem ex omni genere artium maximè conveniens animadversio , castigatio , judicialis censura , inquit Plato . dial. 15. in Soph.

Si verò neutrū horum remediorū ad abbreviandas lites sufficiat , reviviscat MANUS REGIA , ne scelera præmeditata fluant cum sceleratis , Cavalcan. p. 1. de brach. reg. Et principaliiter injungatur judicibus maleficiorum , ut rigorosissime contra culpabiles procedant , Bl. in L. obs. §. prof. qu. 11. de offic. proc. Menoch. conf. lib. 1. c. 7. num. 3. quo respexit Ordinatio des heimlichthen Westphälischen Stuhl. Gerichts / introducta à Carolo , confirmata à Sigismundo Anno 1439. & Anno 1512. in Comit. Trevir. de quibus Goldast. tom. 2. conf. Imp. pag. 163. & 235. Quid autem sit manus Regia , vid. Socin. rubr. num. 4. huc sp̄ctate ut quis teneatur litigare per seipsum , non verò per procuratorem , maximè in criminalibus , Socin. reg. 245.

Propius ut accedamus ad remedia specialiora , notandum , est sæpius evenire , ut quis , licet juste sit condemnatus , ab ejusmodi sententiâ protelandæ litis causâ temerè appeller : hinc pro partibus justam causam foventibus singularis eauræla est , ut coram judice prima instantiæ causam accurate instruant , & iura sua

sua plenè deducant, quo facto, si alteruter litigantium à sententiâ latâ appelleret, & postea in gravaminibus (quæ sunt immediata causa appellationis, *text. in cap. ut debitus. de appellat. Panormitan. in cap. cum cessante. n. 2. cod. tit.*) coram judice appellationis omnia priora, puta ante allegata in primâ instantiâ, repeatat & deducat, operæ precium est, ut appellatus statim post factam litis contestationem, nullâ datâ responsione, super non admissione gravatum appellationis, eò quod nihil novi contineant, per generalia contradicendo submittat ad acta, quæ inter easdem partes notorum inducunt, *per vulgaria.* Nam tunc judex causâ cognitâ, talia gravamina neque ad respondendum, neque probandum admittere, sed causam ex officio pro conclusâ acceptare, & definitivè pronunciare debet, quod juris est; prout quotidiè in *Camer. Imper. observatur*, per *text. in L. ampliorem, §. in refutatoriis. C. de appell. Ordinat. Cam. part. 3. tit. 33. §. penult.*

Deinde quotidiè videmus litigantes malè consciens à quavis interlocutoriâ protelandæ litis studio appellare, spe freti, ut hoc puncto appellationis discussio, causa principalis demùm ad judicem prioris instantiæ remittatur. Huic autem ingenti malo Jura saluberrimum sanè adinvenerunt remedium, scil. ut appellati coram judice appellationis renuncient puncto appellacionis, perantque appellantem compelli, ut in causâ principali, omisso puncto appellationis à sententiâ interlocutoriâ, procedat, cui petitioni, cum sit æquitati & juri conformis, Judex, maximè si tergiversationem appellantis animadvertiscat, locum dare debet, idque in Cam. practicatum esse memini Anno 1700. in causâ **von Westerholt** contra **von Vehlen**, vid. *Gail. 1. Obs. 136. perrot.*

Sic si aliquis citetur ad locum non tutum, hoc casu comparere quidem non tenetur. *Myns. cent. 2. obs. 73. Gail. de P.P.I. I. c. 11. num. 7. clem. pastoralis. §. notorium. de sent. & re jud. sed exceptionem non tibi opponere potest, quām si judex non admittat, infert parti citatæ gravamen, à quo licet appellatur, & hæc exceptio licet dilatoria sit, quandocunque, etiam post litis contestationem, quia habet gravamen successivum, opponi potest. Felin. in c. accedens. extr. ut lite non contest. num. 13.* Ne autem per hoc lis protrahatur, consultum est, ut citatus (si notorium sit, ejus inimicos morari in loco citationis) per Procuratorem vel excusatorem com-

compareat, &c excipiat. *Afflct. decis. 289. num. 24.* ubi docet praxin comparendi per procuratorem ratione loci non tuti. *Hippol. in L. unoquoque. ff. de re iud. num. 179.*

Salutare quoque abbreviandarum, vel saltem impediendarum litium remedium est, ut actor, si intelligat tertium quendam extra judicium jactare, se aliquid juris habere super re litigiosam, eum citari faciat ad assistendum, & jus quod haber deducendum ac prosequendum ut unam sententiā lis finem accipiat, aut renuntiandum. *Gail. obs. 70. num. 27.* Huc spectat remedium *L. si contendat. ff. de fidejussor. & L. diffamari. C. de ingen. manum.* de quibus vid. *Carpz. proc. jur. tit. 20. pertot.* Hac in puncto processus. Quoad contractus nota, quod, cum nonnunquam emanantur praedia, agri, castra &c, oneribus realibus affecta, aut aliis creditoribus vel pro parte vel in rotum, inscio emptore, addicta, vel saltem obligata, exindeque multae ratione praestandae evictionis oriuntur lites & altercationes, ad illas refescandas & minuendas & ut emptores rerum immobilium fecuri certique sint de evictione, hocce adinventum est remedium: sc, ut publicis edictis, in locis castro, vel praedio empto vicinis, edictaliter current citari omnes qui sua interesse & in ejusmodi bonis aliquid juris habete putaverint, sub pena perpetui silentii, idque a judice superiore. *c. fin. qui matrim. accus. possunt. Roman. conf. 53. num. 3.* Idem obtinet ratione incertitudinis contra Creditores defuncti, ad videlicet inventarium, juxta formam *L. sancimus. C. de jure deliberandi.* videlicet, si quis beneficio inventarii velit adire haereditatem suspectam, & de certis creditoribus non constet. *Castr. conf. 325. n. 2. part. 1. incip. non multum. Dd. in L. consulta. C. de testam.* Quamvis in judicio universali, v. g. petitione haereditatis, generalis petitio libelli sufficiat, (hoc pacto, peto a te haereditatem Sempronii quia sum ejus haeres) nec requiratur specificatio & designatio rerum haereditiarum. Similiter in judicio generali, videlicet tutelae, negotiorum gestorum, pro socio, &c, *L. licet C. de iud.* Quia autem hoc casu, dum sententia generalis libello conformis fertur, postea in puncto liquidationis novo processu, novaque litis contestatione opus est, & sic adeo lis ex lite jamjam decisa oritur, remedium est: ut quis eodem libello, vel in adjuncto quodam, specifice complectatur & designet res haereditarias, quid nimurum, quantum-

que in hæreditate defuncti sit, vel tempore mortis fuerit, idque simultaneo processu cum causâ principali prober; quod fieri potest, quia liquidatio dicitur esse eadem causa cum petitione hæreditatis, *Afflct. decis. 35. n. 4.* Sic enim iudex certam ferre potest sententiam, tam super causâ principali, quam super fructibus perceptis & percipiendis, & sic facilis erit executio.

Deinde in positionibus actores sepe asserunt reum conventum certam quantitatem v. g. centum debere, cum reus sò, duntaxat debeat, & hoc casu reus totam licet & citra perjurium positionem negare potest. *Specul. tit. delit. cont. §. 1. n. 3. Castr. in L. l. §. si stipulanti. num. 5. ff. de verb. oblig.* ratio est, quod narrata positionis prout narrantur, negari censeantur. *text. in L. si is qui ducenta. §. utrum. ff. dreb. dubius. Gloss. in cap. 2. de testib. lib. 6. in verb. sigillatum.* Ut verò oriens exinde prolixitas, litisque protractio, abbreviatur, poterit cautus actor positionibus certam quantitatem continentibus adjicere hanc clausulam: *si Reus non credat articulatam summam, respondeat de quantâ credat;* nam tum simpliciter negativè respondens non potest à perjurio excusari. *Castr. loc. citat.* Ita si testis ante aliquot annos in primâ instantiâ examinatus, postea coram Judice Appellationis repetitus sit, ad evitandas contradictiones, quæ ex temporis prolaplo & memoriae labilitate forsitan oriri possent, poterit uti hac clausula: *testimonium reddo, & dico in hac causâ super articulato factâ, prout mihi illud modò in memoriâ recurrit:* quod si in primâ depositione appareat me aliter dixisse, quam nunc dico, volo hoc repetitum testimonium ad primam testificationem reduci & referri. *Br. in L. eos. num. 6. ff. ad L. Cornel. de fals. Felin. in c. cum in tua, num. 2. extra de testib.* Sic evitabitur perjurium & exinde metuenda litis prolixitas: hominis enim memorialibilis est. *L. peregre. ff. de acquir. possess.* Si autem relatio simpliciter fiat ad primam depositionem, & iudex talem relationem admittere nolit, poterit testis ad evitandam contradictionem, exhibitionem primi rotulive examinis petere, & exinde se informare.

Nonnunquam in retractu ratione sumptuum diu altercatur: quò vero huic malo occurratur, consultum est, ut volens utili beneficio retractus quamprimum denunciet empori, ut nullos sumptus faciat, quia rem venditam retrahere intenderet. Magnas quoque:

quoque parturit lites beneficium restitutionis in integrum ex capite minorenitatis, aut SCti Vellejani: ad evitanda autem ejusmodi iurgia & futuras lites , pro securitate contrahentium tutissimum est, ut tempore contractus minores sive mulieres de beneficio restitutionis in integrum præmoneant, atq; hoc factum esse, renunciationis instrumento inseri current , qua ratione contrahentium securitati satis prospectum erit. *Cynus ad L. 2. C. de rescind. vendit. Guido sing. 374.* *Eg decif. 227. incip. plus dixi.* Cum autem aliqui debitores difficulter conveniri possint , hinc solliciti sint creditores, ut instrumento inseratur, debitoreni promittere se soluturum Coloniae , Francofurti, Romæ &c. seu ubique locorum inventus fuerit; sic enim ratione contractus ubique conveniri poterit *L. contraxisse. 21. ff. de obligat. Eg alt. in L. 3. ff. de bon. au-
toritat. jud. possidend.* Multi quoque in materiâ dotali quotidie processus oriuntur : sic videmus maritum naturâ frigidum & impotentem non lucrari dotem. *Argent. in cons. Brit. art. 429. gl. 4.* *Sanch. de matrim. lib 7. disp. 92. Eg seqq.* ne autem pro tali habeatur ac per hoc dotem non lucretur , mavult litigare. Hinc ad evitandam exin resultantem litigandi materiam caute facit , ut pactis dotalibus tempus lucrandæ dotis , vel donationis propter nuptias expressè interatur , quando videlicet hujusmodi lucrum locum habere debeat , utrum statim post contracta sponsalia de præsenti, an verò nuptiis subsecutis , & traductione factâ: uti communiter fieri assolet , ut sc. consummato prius per copulam ac traductionem ad domum matrimonio, nach bescheinem ehelichen Beylager und Heimführung / lucrum ex pacto in casu non existentium liberorum superstiti obveniat; contractus enim ex conventione legem accipit. *L. 1. §. si convenerit. ff. depositi, tot. tit. ff. de pact. dotal. C. de pact. convent.* Eodem modo in securitatem rerum pro dote obligatarum, si hæ vendantur , consultum est mulieribus, ut maritus in instrumento venditionis confiteatur , fe integrum precium ad suam utilitatem accepisse, & super reliquis bonis mariti de novo pro securitate dotis obligationem fieri , hoc est: ut fiat permutatio dotis pro alia re æquipollente, *Affili decif. 209. num. 2. in fin.* Ad dirimendas lites & controversias feudales , cauti & providi sint agnati , ut majorum antiquas investituras accurate & magnâ diligentia custodiant , atque lineas, originem teudi,

adèò que primum acquirentem sollicitè observent; nam in hujusmodi feudis antiquis, Agnatis proximioribus ut plurimum non jus sed probatio deficit, *Text. in L. duo sunt Titii. ff. de Testamento. vid. latins Gail. lib. 2. obs. 149. num. 5. 6. & seq.* Hæc de partibus litigantibus sufficient.

CAPUT V.

De personis judicij accessoriis, Advocatis sc. Causidicis & Procuratoribus, &c.

Cum hucusque de personis principalibus, judicium constitutentibus, actum sit, nunc ut de personis accessoriis, veluti Advocatis, Procuratoribus, Solicitoribus, Notariis, &c. paululum dispiciamus, ordo suadet, certum enim & indubitatum est, hos multas quoque litium causas præbere, saltem eas studiose protractare, adèò, ut eorum protervirati, & litigandi libidini, certa quoque opponantur & adinventa sint remedia. Quorum alia publica, alia privata; publica iterum aut divina sunt, aut humana. Divinum remedium est, ut Advocatus, sicut & judex, in quavis lите omnes cogitationes dirigat in Deum, & ad vitæ perfectioris genus tendat, *Joh. Pet. Ala. tract. de Advoc. & caus. Christ. p. 1. qu. 98. per tot. & p. 2. qu. 1. & seqq.*

Sanè Advocatus & Procurator Rei Litigantientis cavillari non debet, *Bl. conf. 174. lib. 2. Crav. conf. 47. n. 2.* adèòque sub pœnâ maledictionis æternæ tenetur dicere debitori ut solvat, si sciverit eum debere, *Hering. tr. de fidejuss. c. 30. num. 22.* unde *Petr. Frid. in pref. lib. 1. de proc. & mand.* terrible Procuratoris Spirensis exemplum refert, qui mortis in agone sæpius hanc querelam reperit: O juramentum calumniæ!

Publicum remedium duplex est, (1.) Si Advocatis & Procuratoribus salarym ex publico constituatur, Judicis arbitrio, ad quod omnes litiganti conferant, ne Advocati occasionem habent protelandi lites, & exsugendi privatorum litigantium patrimonia, *Seign. de Pibrac. 1. remonstrat. pag. 9.* ubi ait: que ce seroit un singulier moyen pour retrancher la multitude des procés & pour

pour en accourcir la longueur. Alterum publicum remedium est : ut Advocati, Procuratores, &c. examinentur, & jurent, antequam possint hoc munus profiteri, (prout hoc in Imp. Camera observatur, & antiquitus fieri consuevit, L. nemini. C. de Advoc. divers. judic.) se omne, quod justitia & æquitati conforme, clientibusque proficuum est, omni studio procuraturos, non autem crudeliter lite improbab, vel penitus desperata, patrocinium praestituros, sed à lite destituros. L. 14. §. Patroni, C. de judic. Verum hoc Causidicorum jusjurandum in Germaniâ, praetertim in judiciis inferioribus, recessit ab aulâ, & male ; pessimum enim est injustum litem absque ejusmodi juramento suscipere, ac cueri, Job. Ordelaph. ad L. fin. num. 157. de R.V. Sic in suprenio Imp. Camerae Dicasterio non solum ipsi litigantes, sed etiam ipsorum tum Advocati, tum Procuratores, Juramentum calunniae praestare coguntur. O.C.p.1. tit. 87. princ. G. B. 28. Januar. 1657. §. 1. add. Sent. Cam. num. 17. 221. 941. & 952. at quo ibidem in Mantis. n. 35. §. 87. & quidem Procuratores semper illud in persona in que propriam animam, quantum ipsis causa cognita, praestant, d. §. 1. Litigantes vero, eorumque Advocatos per Procuratores, speciali Mandato ad hoc instructos, illud praestare quotidie videmus, Blum. tit. 72. num. 7. Ut vero partes malam causam foventes tandem citius à lite deterrantur, consultum foret, si hæc, eorumque Advocati, personaliter in judicio comparent, & eiusmodi juramentum corporaliter praestare cogerentur. vid. L. f. C. de jun. propt. calumn. nisi longinquitas itineris, tenium, adversa valitudo, vel aliud quoddam impedimentum obster, quoniinus comparere voleant. Quâ de causa Dd. voluerunt, illam consuetudinem quâ Advocatis & Procuratoribus juramentum calunniae remittitur, non valere, Spec. de Advoc. §. 1. n. 31. Obrecht. de iur. eccl. c. 6. n. 44. Setzer. lib. 3. de iur. am. c. 3. n. 84. licet etiam Principales jurerint; Advocati enim melius calumniari norunt, quam colligatores; L. ab Anastasio. 23. ubi gl. verb. morantur. C. Mand. Setzer. dict. loc. n. 82. illis siquidem optimè constat de cause justitia vel injustitia, (nam Procuratores tantum processum diligunt quo ad formalia, de meritis cause sive materialibus parum solliciti,) & colligantes, uplurimum juris imperiti, Advocatis credere coguntur. Sufficit tamen Advocatos, seu colligantes credere se bo-

niam & iustum causam fovere gl. c. pen. extr. de iur. cal. L. 2. §. ob-
servari. vers. & licet. C. eod. Setzer. lib. 3. c. 1. n. 6.

Cilumniari autem dicitur non solum is, qui litem iniustum defendit, verum etiam, qui protelandæ litis causâ superfluas dilationes petit. L. quisquis. §. præterea. C. de postul. L. properand. §. illo. C. de jud. Ne autem juramentum calumnia temerè & falso præstetur, quintuplex præfixa est poena, (1.) Deus ultius est, L. 2. C. de reb. cred. (2.) infamiam incurrit reus. Clar. §. perjurium. n. 2. 3. (3.) accipiens pecuniam ad hoc ut injustam litem moveat, intra annum in simulum pecuniae acceptæ, post verò in quadruplum condemnatur. (4.) expensas refundere tenet. (5.) digiti pejerantis abscindi debent. P. 3. O. art. 107. H. Lath. lib. 2. de cens. c. 7. n. 72.

Inter remedia publica ultimum capescit locum & hoc, ut protervitas, libido & temeritas convitiandi, cavillandi, iniuriandi &c. per irrogationem certæ poenæ coerceatur, & refrenetur, secundum L. moris. 9. C. de pœn. Gylm. tom. 2. suppl. impetr. p. 2. vol. 14. eaque secundum diversitatem circumstantiarum potest esse vel interdictio, vel infamia nota, vel multa pecuniaria, Agricola de Advoc. c. 15. Speckh. cent. 2. cl. 4. qu. 4. L. 6. ff. depo-
stul. Cammergerichts-Ordnung. p. 1. tit. 23. ibi: sollen sich aller Schmäh-wort/ Schimpff-redens / und unzüchtiger Gebärden enthalten. Advocati enim boni officium est, Consularem se præbete litigantibus, non autem litium calumniarumque conflatorem: Bud. in for. p. 424. & per eiusmodi cavillationes & injurias tam publica pax, quam privata quies contra bonos mores turbari solet; Anth. Thesaur. dec. Pedem. 18. in princ. Hæc de remediis publicis.

Privata remedia contra malitiam advocatoriam versantur aut circa lites ipsas, aut circa Advocatorum personas, ac honoraria. Primum itaque, quod circa lites ipsas versatur, remedium est: ut Advocati non omnes, sed tantum probabiliores & justiores lites-recipient: expedit enim paucas lites bene agere, quam multas male defendere, & in infinitum protrahere, Speckh. de off. Advoc. n. 14.

Alterum circa lites ipsas remedium est, ut Advocatus, quam-
primum sentiat litem esse iniquam, eandem deserat, L. rem non
novam.

novam. 14. §. *patroni.* C. de jud. ubi Bl. notat : quandoconque Advocatus dicit se læsam habere conscientiam ex litis improbitate, potest à patrocinio desistere, *Spec. de solar. Advoc. num. 1.* ratio, quia in scelere præstare patrocinium & legibus & naturæ contrarium est. L. omnes. 6. C. de def. civ. 6. 1. de form. fid. Si vero justam litem Advocatus foveat, poterit Adversarium malitiosè litigantem adhibitiâ quavis solertiâ circumvenire, ut succumbat in causâ, & id favore maturandæ justitiae & finiendarum litium. gl. in c. Dominus noster. 23. qu. 2. c. nullus. vers. amplect. 4. quest. 4. Myns. 3. obs. 6. Tiragu. de retraet. lign. in pres. n. 71.

Saluberrimum porrò abbreviandarum litium remedium est, ut Advocati abstineant multis allegationibus juris. *Myns. cent. 5. obs. 88. num. 6.* Per hoc enim causa aliás clara, obscura redditur, & lites in infinitum protrahuntur, hinc in *Ord. Cam.* legitur: doch/ daser die Rechte nicht überflüssig alleg/re/ damit dem Widerpart zu disputiren/ und cavilliren nicht Ursach geben werde; Sic pro vulgato quodam probando sufficit solam legem probantem allegare, imò non indiget. *Ripa.* in *L. eadem. 4. §. Cato.* num. 7. de *V.O.* Quod si plutes sint leges concordes, sufficit earum unam allegare, *L. si quis obrepserit. ff. ad Leg. Cornel. de falsis*, aut *Reg. generalem*, *L. quoties. §. sed et si. de hered. Instit.* His demùm deficientibus ad Auctoritates recurrendum est, *L. Divi. §. pen. de jur. pat. Keller. lib. 2. de off. jur. pol. c. 25.* Advocatus itaque præprimis eò collimet, ut factum cum omnibus circumstantiis probè narret, dein diligenter perpendat, quomodo à colligitore negatum probare possit, quænam sit actio instituenda, utrum affinia remedia habeat, quodnam inter illa sit pinguius, quænam ejas requisita, & quomodo verificari possint? Sie ob difficultem Domini probationem in rei vindicatione necessariam, provido Advocate consultum est, ut ante omnia advertat, num aliquo interdicto possit nancisci possessionem, quia longè commodius est possidere, & Adversarium ad onera petitoris compellere, quam alio possidente rem petere; sunt verba *Caj. in L. 24. ff. de R. V.*

Moribus hodiernis ad evitandam difficultem Domini probationem communiter rei vindicationi alternativè conjungi solet actio Publiciana, quod quidem in libellis ita hodie exprimere solet;

sent: peto hanc rem jure Domini vel quasi. *Gail.* 1. obs. 62. num. 4.
Myns. cent. 4. obs. 11. idque non solum secundum *Jus Civile*, verum etiam secundum *Jus Canonicum* obtinet, per c. 3. vers. secus autem de sent. & re iud. in 6. Verum ego non puto solam particulam quasi efficere istam actionum conjunctionem, seu cumulationem, nisi præcedentia libelli ita quoque sint comparata, ut actioni Publicanæ simul applicari possint. *Vid. L.* 1. & 2. ff. de jurejur.

Taliter & res se habet cum actione ad exhibendum; haec enim hodiè quidem abrogata non est, datur tamen nunc aliud promptius & expeditius remedium ad obtainendam rei cujusdam exhibitionem, nimis *imploratio officii Judicis*, ut hic per *Mandata compulsoria* injungat illi, qui rem nostram detinet, ut eandem nobis exhibeat, de quo vid. *Mev.* p. 3. dec. 126. n. 4. *Struv.* in *Synt.* J. C. Ex. 15. th. 38. quando vero eiusmodi Mandata cum vel sine clausula esse debeant, vid. *Blum.* proc. *Camer.* tit. 34. *Gail.* 1. obs. 13. Hucusque de remedii quæ circa ipsas lites: sequuntur nunc ea, quæ circa personas Advocatorum, Procuratorum, Solicitorum &c. versantur remedia, quorum primum est, ne admittantur Rabule loquentes, non eloquentes, litium confusores, sed probi, docti, examinati & jurati Jurium Dd. aut Licitati, indocti enim sub nomine Advocatorum non comprehenduntur, *Rol. à Valle*, *conf. 36.* num. 7. vol. 3. nec imperitus potest esse Advocatus. *Zaf. conf. 76.* num. 7. vid. *Rutg. Ruland.* de *Commiss.* p. 1. lib. 1. cap. 13. n. 5. ergo Advocatum oportet esse literatum, & juris notitia clarum. *Damboud.* in *pract. Civil.* c. 124. num. 27. Advocatus quoque in consilio debet esse cautus, in patrocinio fidelis, & in judicio justus, quoniam de talento sibi concredito tenetur reddere rationem; *Schneidevv. pr. Inst. de interd.* num. 22. Huc facit remedium, quod oculatim, & mature præmissa deliberatione Advocati debeant formare libellos, sive primas petitiones, quia multum refert, per hoc captare judicis benevolentiam; hinc narrent aperte, proponant diligenter, concludant acriter, confirmant solidè; *Tiraqu.* in *pref. ad L.* si unquam. *C. de revoc. don.* n. 117. & cauti sint, ne irritent judicem, quod fatuum esse dixit *Specul.* in §. *viro.* n. 25. de except. & repl.

Remedia circa Advocatorum salaria sunt, ut evitentur duo extre-

extrema, (1.) ne Advocati affectent quodcunque lucellum à litigantibus, & per hoc jurisprudentiam reddant contemptibilem. *Spec. de Advoc. §. utrinque. num. 13.* (2.) ne immoderata houaria à partibus litigantibus extorqueant, sed habeant rationem qualitatis causæ, & litigantium, *Sotus. de just. & jur. lib. 5. qu. 8. art. 4.* ed quod boni mores plitis operentur quam divitiae. *arg. L. scire. 21. §. eos. vers. neque facult. de tut. & Cur. dat. ab his qui in dand. habent;* præsentim in Advocato: nam maximè nobile, laudabile, atque honorable est Advocatorum officium, qui gloriose vocis consili munimine, laborantium spem, vitam, & posteros defendunt, estque Advocati officium publicum & humano generi non minus proficuum, quam militia, modo absit malitia, *L. Advocati. 14. C. de Advoc. divers. jud. L. 1. §. postul. ff. de postuland.* Hucusque dicta rea edia paucim communia sunt Advocatis & Procuratoribus, quia utrique cautarum patroni nuncupantur, *L. Sancimus. C. de Advoc. divers. jud. L. 1. §. ait. ff. de postul.*

Specialia circa Procuratores, Solicitatores ac Notarios abbreviandarum litium remedia sunt, (1.) ut Procuratores pauci, & idonei constituantur, qui processum formalem observent, & ad finem usque fideliter prosequantur. *Damboud. in pr. rer. Civ. c. 85. n. 3.* ubi tertium litium abbreviandarum remedium apud ipsos, Advocatos & Procuratores consistere arbitratur, qui litibus, aut inchoandis, aut abrumpendis, aut citò terminandis breve, si vellent, compararent compendium, & præsentaneum huius Reipubl. malo adferrent remedium.

Hinc Procurator, si calumniosam litem nomine sui Principalis instituat, ipse, & non Principalis in expensas condemnatur, nisi hic specialiter mandaverit, *L. non est ign. C. de administr. tut.* In Camerâ Imper. Procurator litem protelans puniri potest aliquibus libris auri, secundum cauarum circumstantias; Dein, ne Advocati & Procuratores plures inscipiant lites, quam expedire possunt, ratio, quia tales unum faciendo, aliud negligunt, & per hoc lites mirum in modum procrastinant; vid. *Keller. lib. 2. de off. iur. pol. c. 29.*

Clamosi, strepitosi, & rabiosi rabulæ omnino à litigjis arceantur, quia nihil recte geritur, si cum clamore lis vincatur.

Osius. de elec^{t.} L. fin. C. de stud. lib. 11. & verbositas plerumque tot litium serminalia, quot verba effundit, Br. in L. ult. C. de relat. Hinc sanè deplorandum est, quod hodie dum multi, qui solum Notarii, vel qui nondum studium juris professi sunt, &c. non sine notabili dignitatis Advocatoriae præjudicio, se pro Advocatis venditant, artem quam non intelligunt, nec unquam dicerunt, profitentur, & per hoc processus non solum in infinitum turpis lucri causâ protrahunt, verum etiam haud raro optimas & in jure fundatissimas causas, culpâ propriæ eorum ignoravæ, perdunt. Huic autem malo tempestivè obviando J^udex verbosis ejusmodi causidicis, notariis, &c. den^z Jungens dreschern silentium imponat & Advocationis officium interdicat Joh. Bapt. Magon. de rec^{t.} pat. ratione. part. 2. cap. 46. n. 5. His tane subducite baltea, inquit Varro: Vivos contemnите vivi, indoctos spernite docti. Magnitudo & prolixitas scriptorum circa causæ exigentiam, quoque lites remorat, in multiloquio enim consistit confusio, c. et si Christ. de jurejur. & ad Sapientem præprimis spectat: brevitati consulere. Soc. Jan. conf. 94. lib. 1. Hæc tamen facili remedio præcaveri, & abbreviari possent, modo superflua per Judicem rejacerentur, & ejusmodi Concipiæ, Notarii, &c. propterea punirentur. arg. eorum qua tradit gl. in c. presens. S. testis. de testib. in 6. Lancellot. de off. prat. de interrog. n. 2. Bl. in L. testimoni. num. 11. C. de testib. L. 9. S. circa adv. de off. Proc. ubi concinnatores litium puniendi.

Sæpiissime quoque Notarii quæ tales retardant processum Giov. Anth. Palazzo, p. 4. del governo distato. cap. 14. præsertim rudiores, & male scribentes, qui ob scripturæ obscuritatem & ambiguitatem nonnunquam litigandi præbent occasionem; Joh. Bapt. Magon. de patr. ratione. part. 2. cap. 57. n. 19. 27. & seqq. ubi cautelosas solicitatorum querundam malitias refert. Igitur temendum adhibendum, ne sc. Comites Palatini suis abutantur comitativis, & omnes admittant ad publicum tabellionatum, etiamsi nesciant principia linguae Latinæ, multo minus fundamenta juris. vid. Menoch. 2. xx. ff. 99. cap. 340. num. 10. Farin. de ind. tort. lib. 1. t. 5. qu. 37. num. 140. Quod si Notarius clausulas insolitas, & litium genitrices instrumentis &c. inserat, aut à testatore relinquiri quid in testamento instet, aut aliud malitiosum tentet, judicis

dicis arbitrio puniatur , & accepta restituere teneatur. *Menoch.*
lib. 2. arb. ff. 99. cas. 395. n. 3. cent. 4. L. 1. C. de SS. Eccles.

Foret quoque remedii loco , si certa mercedis recipiendas
 quantitas pro quolibet instrumento iudicis confici solito consti-
 tueretur, adcō ut eam excedere non liceat. *Magon. derec. pat. rat.*
p. 2. c. 57. n. 35.

CAPUT VI.

De Remediis processus Litigiosi.

PEtraſtatis iis quæ ad abbreviandas lites ratione personarum
 tam principalium quam accessoriarum pertinent , nunc ad
 ipsum processum pervenire tum necessitas , tum ordo postulat. Re-
 media vērō processus litigiosi quædam antecedunt , quædam se-
 quuntur ; antecedunt processum 1. locus , in quo lites tractantur , 2.
 tempus , 3. personæ litigantes. Deinde sequitur ipsa processus
 coarctatio & elucidatio tam circa substantialia , quam inciden-
 tia. Hinc judex diligenter observet 1. litis contestationem , veluti
 partem processus judicarii ; 2. Cognitionem ex probationi-
 bus , 3. conclusionem causæ : quibus observatis , & quæ perti-
 nent ad legitimam Judicij formam , ut valida feratur sententia fiat
 que executio , securè potest procedere. *Oldend. in progymn. claf. 1.*
act. 12. n. 3.

Locus judicij , sive curia ad iudicandas decidendasque lites
 exstructa pro sancta habetur , & in eâ quilibet ab omni homi-
 num injuriâ , lite , atque malitiâ defendi debet , *Br. in L. 15. n. 12.*
ff. de publ. jud. per L. Sanctum. ibi. Br. n. 3. ff. de R. D. Coler. de
proc. execut. pag. 4. cap. 1. num. 173. Sit itaque quoad locum , pri-
 muin remedium , si judicij locus religione muniatur , & ædibus
 sacris conjugatur , ut admoniti religione , Numinisque metu tam
 Judges , quam litigatores de litibus sancte expediendis & ab-
 breviandis cogitent , *Arist. 7. pol. c. 12. Tholosan. lib. 2. de Republ.*
c. 6. n. 15. Alterum , quod locus judicij non debeat esse longè
 dissipatus , ne litigatores peregrè semper , & incerti vexentur , *ut*
inquit Joh. Fab. in L. 1. C. de summ. Trin.

Tempus Judicij seu processus finiendi de jure Civ. est triennium, *L. properandum.* 13. *C. de Jud.* quod tempus si in omnibus litibus præcisè observaretur, earum multitudo sanè non adē aceresceret: & quia instantia litium Civilium triennalis pro bono publico est introducta, hinc consensu litigatorum prorogari nequit, sed ipso jure perempta est, adē, ut quicquid sit coram judice lapsa litis instantiā, id nulliter fiat, *Natta. conf. 304. n. 11.* *L. cum non ex eo die, C. quando provoc. non est necesse.* Quapropter de litibus consultum velim, ut eas vitemus cautissimè, ferimus æquissimè, & finiamus citissimè. Hodiè tamen in Germania instantia triennalis non sine notabili Reipubl. præjudicio est abrogata, & causa per litis contestationem sit perpetua, quæ ante annalis, vel saltē temporalis fuit. Exemplum habemus in causis injariarum, mandati &c. Hæc de remedis litium præambulis, nunc ad ipsum processum progredimur, cuius brevem & succinctam formam ac methodum exhibit *Anthon. Faber. lib. 9. C. for. tit. 22.*

Remedia quo ad processum primæ instantiæ duplia sunt, generalia & specialia. Illa dicuntur, quæ totam litem concernunt: hæc, quæ partem solummodo attrinent. Ad illa spectat, ut ambages processuum evitentur, *Jas. ad L. fin. C. de edit. div. Hadri. toll. Br. & Dd. in L. 1. ff. de R. C.* unde præprimi, curandum est, ut supplicatio pro extrahendis processibus veluti exordium litis bene formetur, *Fridr. lib. 1. de proc. execut. cap. 1.*

Deinde remedium generale est, ut reconventio aut omnino non admittatur, aut pati passu semper expeditatur, *L. 14. C. de sentent. c. at si Clerici, extr. de Iudic. c. ex lit. tit. de mut. petit.* & quidem si per reconventionem actionum confusio intendatur, rejicienda est, secus quam actionum cumulatio: hujus enim finis est, ut lites abbrevientur, & facilius ad exitum perducantur, *Gilhauſ. in arb. jud. cap. 3. n. 30.* Sic possessorum & petitorum simul definiri, Reipublicæ ad præcidendas lites valde expediens esse, afferit *Alvar. Valasc. conf. 51. n. 48.*

Aliud etiam remedium generale est, si rejiciantur superflue jurium allegationes & disputationes, nam ad decisionem litis tripartitum à judicibus requiruntur, (1.) factum ipsum cum omnibus circumstantiis; (2.) facti veritas, (3.) jus quod ex facto oritur. In

causa enim & facto jus est positum. L. si ex plagiis. 52. ff. pro Socio.
Et iudex jus , quod ex facto oritur, ipse scire, non vero ab advo-
eatis addiscere debet. Causae ordinariae quoque ab extraordi-
nariis diligenter separantur, nec in his processus ordinarius ad-
mittatur: sicut nec in causis debiti liquidi & confessati, injuria-
rum, cambialibus &c. processus appellatorius.

Particularia processus remedia occurunt in tribus eius-
dem partibus, suntque vel preparatoria vel disceptatoria, vel de-
finitiva. In preparatoriis litium consideranda Citatio, atque Con-
tumacia. Illa cum ad omnes actus, veluti ad comparendum, re-
spondendum, videndum jurare testes, produci instrumenta, pu-
blicari relationes, acta, sententias, &c. in prioribus instantiis, si-
ve judiciis inferioribus fieri soleat, & debeat, ac propterea nimini-
um quantum extendantur acta , litesque protelentur, remedium
erit, si citatio generalis tantum decernatur, ad totam causam per
se aut per Procuratorem tractandam, secundum stylum Camere
Imper. Myns. cent. 4. obs. 33. gl. in Auth. qui semel. verb. tribus.
C. quom. Et quand. iud. modo semper inseratur causa ob quam &
ad quam quis citetur, e. præterea 2. ubi Panorm. n. 8. de dilat. gl. in
e. cum dilect. 6. de obl. Et cont. c. si primates. 5. graft. 2. L. 2. ff. si
quis in jus voc. non ierit. Gail. 1. obs. 5. Myns. cent. 5. obs. 85. Cam-
merger. Ordin. p. 3. tit. 12. § 3. ibi: ummehedlürftige Dilatio-
nes und Verlängerung der Sachen damit abzuschneiden.
Huc facit citatio peremptoria, modò tot dies in se habeat, quot
aliás 3. simplices habitaiae fuissent, cum particulâ peremptoriè.
L. 71. Et seq. de iud. L. 53. §. 1. de re iud. Schrad. de fons. p. 9. c. 7.
n. 44. aut comminatione, **dass nichts desto weniger ergehen**
solle was recht ist; que vim habet peremptoria Citationis.
L. 2. C. quom. Et quand. Plura infra de citatione & contumacia
diceamus. Quandoque citationum insinuationes diutius suspen-
duntur, dum Nuncii in itinere se impeditos fuisse fingunt, & eb-
morbum, defectum pedis . vel aliam qualivis inanem causam ve-
nire non potuisse, **damit sie nur denen Partheyen das Wart-**
Geld ankreiden und ihre Reiss und Insinuatio: s. Gebühr
desto höher treiben mögen. Ne autem per hujuscemodi in-
convenientias Citationis insinatio, reproductio, imò lis ipsa pro-
trahatur, remedium foret, si Nuncius insinuantibus post traditos

processus certus terminus, intra quem insinuatio fieri debeat, ~~at~~
bita distantia locorum & temporis ratione, præfigeretur, intra
quem, si insinuatio facta non fuerit, aut eandem ex causis santicis
& citra ipsorum culpam intermissari fuisse, per attestata, vel alias
legitimè non docuerint, omnes sumptus itineris ac insinuatio-
nis extradere & perdere, quin & præterea, si iterato hoc, fiat
extraordinariâ multâ affici deberent.

Alterum remedium est, ut Reorum contumacia acriter pu-
niatur; *Mascard. de prob. concl. 531. n. 59.* Quod si exceptio ca-
lumniosè & protelandæ litis causa opposita sit, ea non est admit-
tenda, *Ruland. de Comm. p. 1. lib. 2. cap. 7. num. 22.* imò si tantum
præsumptio adsit, exceptiones differendæ litis causa opponi, ad-
mitti non debent, sed judex eas statim rejicere tenet, nec pro-
pterea appellari potest. *Gail. 2. obs. 27. num. 10.* Notandum quo-
que est hodie ut plurimum loco specialis actionis Nobile Judicis
Officium implorari. *Vant. sub tit. quid nullitas. num. 3. & 4.* Un-
de quamplures evitantur nullitates & abbreviantur lites, *Meichsn.
tom. 2. lib. 2. dec. 1. n. 55.* Plura de contumacia statim memora-
bimus. Secunda pars judicii est ipsa processus judicarii forma,
quam, cum hic percurrere tempus non patiatur, idque nimis
prolixum foret, videre licet apud *Webner. in obs. pract. verb. Jus
Sitzwesen.* à fol. 235. usque ad fol. 310.

Facta hinc inde plenariâ causæ instructione sequitur tertia
judicii pars, nempe sententia definitiva, que est pronuntiatio in-
dicis, quâ controversia mota finis imponitur per absolutionem, aut
condemnationem *L. 1. ff. de re jud. & effectu sent.* quarum alteram
contineat necesse est. Cum autem illa sepius remedium appella-
tionis, vel revisionis, vel nullitatis subministret, & propterea ma-
ximam litium protractionem causetur, hinc de validitate eius
non nihil hic disquirere necessitas efflagitat. Consideratur autem
valor sententiae vel ex solennitate pronunciationis, vel ipsius sen-
tentiae formâ debita. Quantum ad solennitatem, desideratur, ut
ab ipso judice pronuncietur, sedente pro tribunali, loco consue-
to, publico, & in scripto, sive libello, in quo concepta: nam sine
scripto edita vel prolata sententia nullam vim habet, *L. fin. C.
commixiones, epistolæ. &c.* exceptis causis leviusculis, ac in-
ter viles personas ventilatis, que etiam sine scripto rectè termi-
nan-

nantur. *Authent.* nisi breves. C. de sentent. ex peric. recitand. Nec majorem vim habet sententia scripto quidem edita , non ta-
men lecta. L. 1. C. cod. tit. nisi judex sit persona illustris: hoc enim
casu pertuum Officiale, sive Locum tenentem proferri potest, id
quod mores hodierni permittunt quibuscumque judicibus , ut sc.
per actuarios judicii sententias pronuntient. Quod verò pro tri-
bunali legenda sit , obtinet quoad judicem ordinarium: nam de-
legatus non videtur obstringi ad tribunal consuetum , sed cense-
tur eligere posse locum quemlibet honestum. arg. L. si cum dies. §.
arbiter ff. de recept. qui arbitr. Idem obtinet in Episcopo, is enim in
quolibet Diæcœlos suæ loco , specialiter non exempto, judicialia
exercere potest, c. cum Episcopus. de offic. Ord. in 6. Et generaliter de
Principibus, tam secularibus , quam ecclesiasticis in suis territoriis
dicendum hoc est: quoniam non locus sententiae latæ, sed potestas
jus dicendi personæ cohærens jurisdictionem tribuit.

Judicem pronuntiantem sedere debere, colligunt ex Novella
de judicib. 82. §. sede bunt. idque propterea. ut compostamente pro-
ferat judicium justum ; quod ipsum plenius colligitur ex L. 6. §.
fin. de postul. & c. fin. de sent. & re jud. in 6. Modò causa requirat
plenam cognitionem. gl. fin. in c. fin. de re judic. in 6. si enim de
plano tantum agatur , licebit judici sententiam stando pronuntia-
re. Clement. sape ubi gloss. verb. stans. de V. S.

Pariter ad sententie validitatem requiritur partium præsen-
tia. L. de quounque. 47. ff. de re judic. L. eaque 7. C. quomodo &
quando jud. sent. prof. deb. Nam sententia altero litigantium ab-
fente lata ipso jure est nulla , nec unquam obtainere potest vim rei
judicatæ, quamvis pro absentia lata sit, arg. L. 9. ff. de judiciis, ex
quâ Lege colligitur, judicem de jure communi partes ad viden-
dum & audiendum publicari sententiam, citare teneri. L. 73. ff. de
judiciis. & sententiam definitivam ferendam esse partibus vel ve-
rè, vel saltē per interpretationem præsentibus; quod ultimum fit,
si vera vel ficta sit contrumacia, v. g. Si quis ad domum citatus fue-
rit Gail. 1. obs. 109. num. 1. Menoch. L. 2. presump. 74. Notan-
tarem est, quod , ubi citatio generalis ad totam causam locum ha-
bet, (veluti in Camerâ Imp.) ibi citatio specialis ad videndum pu-
blicari sententiam non habeat locum. C. l. d. loc. Myns. C. 5 O. 86.
& hujusmodi citationem generalem etiam de jure subsistere tra-
dunt

Dunt *Innoc.* in c. consuluit de off. deleg. *Bald.* *Angel.* & *Imol.* in L. qui ante calendas ff. de verb. oblig. Spec. t. de citat. §. viso, vers. item licet in die, & *Joan.* *Andr.* in d. c. consuluit, itemque *Bartol.* in extravag. ad reprimendam, in verbo: per editum, licet enim aliqui contrarium tenuisse videantur, uti sunt: *Joan.* *And.* in addit. ad Spec. in d. vers. item licet, *Burri.* d. c. consuluit. & *Panorm.* in c. ult. col. 3. 4. de dilat. videlicet, quod ejusmodi citatio generalis non sit permissa, nisi ex causâ, quando persona citanda esset in longinquis partibus, per c. cum ex literis. ad. fin. de in integr. restit. & c. fin. de dolo & contumia: prior tamen opinio, sicut est communior, ita quoque frequenta tur in Camerâ, adeò ut factâ ejusmodi generali citatione ptoce di soleat in ipsâ causâ, & pronunciari, etiam definitivè absque ulteriori citatione, pro quâ simul militant text. ad literam, in L. qui crimen. ibi: ut veniat ad causam peragendam. C. qui accus. non poss. In quibusdam tamen casibus etiam in Camerâ, juxta Ordinationem, plures Citationes requiruntur, veluti in causis purgationum, & materia Legis diffamari.

Siautem factâ Citatione Partes vel ex contumaciâ, vel ex ermodicio (h. e. litis desertione) emanent, nihilominus in causa pronuntiari poterit. d. L. 73. §. fin. de jud..

Incidenter hîc notandum, quod quando absente altero in contumaciam sententia fertur, non semper contra contumacem, sed etiam pro ipso sententia ferri possit: semper tamen in expensis condemnabitur. L. 13. §. 3. C. de judic. ibique Brunnem. n. 36. *Mindan.* lib. 2. de Mandat. c. 20. num. 12. ubi hanc legem cum certâ moderatione in Camerâ observari testatur. *Myns.* 4. obs. 67. Collendum etiam ex hac lege, quod quando aliquis ter citatus est, tunc de jure commuñi quarta citatio sc. ad videndum se declarari contumacem, necessaria sit. *Mich. Vrcurrus,* in rep. L. si finita. §. *Julianus.* ff. de damn. infect. num 77. Sed Doctorum sententia & usus fori est contrarius. Sic nec causâ cadit ob solam contumaciam, si actor non probet. *Menoch.* L. 2. A. qu. cas. 28. num. 4. *Gail.* 1. obs. 60. num. 8. *Brunnem.* ad L. 1. num. 5. & 6. C. quomodo. & quand. jud. Lex contumacia. de re judic. alium sensum habet; sed contumax in non respondendo plectitur damno litis, si præsens nolit respondere. L. 11. §. 4. ff. de interrog. aet. ubi *Bald.* addit, eum, qui post judicis interrogationem injustè taceat, ali-

quan-

quando pro confesso, sepe pro negante haberi. Si actor, qui citari
 fecit Reum, in termino emanserit, circumducitur edictum, seu
 citatio peremptoria, *id est*, deletur, & obliteratur. *Donell. lib. 28.*
c. 3. lit. G. Quo casu tamen duplex via proposita reo comparenti,
 ut vel a citatione absolutionem perat, manente nimirum libello;
 vel ab observantia judicij, & instantia, ubi novo libello opus est,
 novâque; citatione adversa partis. *Maranta p. 5. tit. 1. n. 47. Additio-*
nator ad Roding. pandet. Cam. L. 2. c. 54. & ex tit. ff. de judiciis
colligit Carpz. lib. 2. R. 47. num. 12. & Berlich. decis. 1. Mev. p. 2.
dec. 67. circumductam citationem non operari litis pendentiam,
 aut præventionem, sc. in favorem actoris; nam si actor emaneat,
 reus autem compareat, actor reum in alio judicio convenire ne-
 quit, sed lis pro pendente habenda. *Cujacius lib. 12. obs. 11. Berlich.*
p. 1. dec. 1. sicut & citatio ab incompetente judge facta non indu-
 cit pendentiam litis. *Mev. p. 2. decis. 68.* aliquantulum tamen ar-
 bitrio judicis actor a Reo exspectandus est. c. *consuluit de off. jud.*
deleg. Menoch. L. 2. A. qu. cas. 45. n. 5. In Camera Imp. ubi pro-
 cessus ratio accuratissima est atque exquisitissima, L. & post edi-
 ctum. *73. ff. de judiciis.* L. properandum, & auth. qui semel. C. quo-
 modo & quando jud. hodieum adhuc (certâ tamen sub moder-
 tione) observantur, ita ut duobus modis circumductioni locus sit.
 Primò, et si actore, vel reo contumaciter absente, ad præsentis par-
 tis instantiam in causâ principali judge auditis allegationibus pro-
 cedere & definitivè, si de causâ constet, pronunciare, simulque
 eum qui contumaciter abest, sive vincat, sive succumbat, semper in
 expensas condemnare queat; *Myns. 4. obs. 67.* Reus tamen, si cau-
 sam satis liquidare vel nolit, vel non possit, actore in termino non
 comparente, contumaciam ejus accusare, ac effluxis sex juridicis
 absolutionem a citatione petere omnino potest. *Ord. Cam. p. 3.*
tit. 42. Quo facto terminus habetur pro circumducto, neque
 actor, elapsis jam sex audiencie, comparens, etiamsi justas impedi-
 menta causas alleget, auditur, sed prosequilitem si velit, eam pe-
 tita alia citatione de novo instituere cogitur. d. *L. 73. de judic.*
vid. Gail. 1. obs. 59. & Dd. add. authent. qui semel. C. quomodo &
quand. jud. Alter circumductionis modus est, si neuter neque in
 ipso termino, neque in sequentibus sex juridicis compareat. *Ord.*
Cam. part. 3. tit. 12. §. fin. & ibi Cisner. tunc enim simili ratione

sex illis audientiis, vel juridicis clapsis, nulla postmodum, nec actio-
ris, nec rei excusatio, quamvis justa impedimenta allegantis, ad-
mittitur. Namque justa excusatio à dolo quidem & contumacia
eiusque pœnâ liberat, neutquam autem à circumductione termi-
ni, cuius alia consideratio. *Myns. 5. obs. 87.* Atque isthæc circum-
ductionis species, quā neque Actor, neque Reus comparet, & ita
utique instantiam perire patitur, etiam à Doctoribus laudata &
accepta. Quin & argumento d. authent. qui semel verissimè &
rectissimè Edictum, Citatio, Mandatum, omneque Judicium cir-
cumducitur, & utriusque, tam Actoris, quam Rei contumacia fit
compensatio, ita statuente *Roman. cons. 454.* Et *Alex. in L. fin.*
in princ. ff. de eo per quem fact. erit. Et gravissima subest ratio, ne
judiciis illudatur, aut eatemere defraudentur, quemadmodum
& hoc fraudationis gratiâ factum accipere debemus, non solum
quæ contrahens aliquis gesserit, verum etiam, si quis forte darâ
operâ judicio non adfuerit, vel litem mori patiatur. *L. vel ei. 3. ff.*
que in fraud. Cred. Hæc de remedii puniendæ contumaciae suffi-
ant.

Ad propositum, unde digressus eram; redeundo, sciendum
est, cùm sepe contingat, ut sententia dubia & incerta proferatur,
ac per eam lites nimium quantum retardentur, inque pejorem sta-
tum, quām ante latam incertam ejusmodi sententiam fuerunt,
reducantur, & immortalisentur, ut barbarè dicunt; hinc ut malo
hiuc obvietur, curam habeat judec, ut sententia ejus sit certa. En-
im ad ipsius officium spectat vel absolvendo, vel condemnando
finem imponere liti. *L. 21. in fin. ff. de Reb. Cred.* Hoc verò non
fieret, si incerta esset, quam pronunciaturus est, sententia. Est
autem sententia certa vel *per se*, si scil. ex ejus verbis constet, quid,
quale, quantumque debeatur, v. g. *condemno Titum in mille flo-*
renos, *L. 74. ff. de V. O.* vel *per relationem ad aliud*; v. g. *ad testa-*
mentum, *L. 5. §. 1. ff. de re judic.* libellum. *L. 59. §. 1. eod.* hinc valeret,
si judec ita pronunciaverit: *condemno Titum in id quod in libello*
petitum, seu, ut vulgo fertur, *und wird Beklagter hiemit in*
Die libelli te summe condemnaret per *L. 3. C. de sentent.* quæ si
nec certâ quant. Ast non valet, si judec ita pronunciaverit: *soli-*
uat Titus quod debet; quia adhuc in quæstione versatur, quantum
debeat; & talis sententia cùm utique incerta sit, *L. 21. §. 3. ff. de re*
ceppe.

— ♫ ♫ ♫ —

cept. qui arbitr. recep. ipso jure nulla est. L. pen. & tit. Cod. de sent.
que sine cert. quant. Ampliatur hoc in textu, ut nim procedat,
etiam si de incertâ quantitate apud judicem sit actum: adhuc enim
certa desuper sententia ferenda, dummodo illud incertum ante
sententiam possit certificari. §. 32. Inst. de att. Sic si generaliter in-
teresse peritum, cum hoc deinceps coram judice probari, & ad
certitudinem deduci possit; inde certam eo nomine judex ferre
tenetur sententiam. conf. Manz. ad §. 32. Inst. de att. n. 43. Nec
obstat, quod hac ratione talis sententia non sit conformis libello,
quod tamen est contra L. 18. ff. Commun. divid. L. fin. C. de fi-
deicom. nam Resp. utique est conformis libello, quia judex non
in aliud condemnat reum, sed saltem quantitatem in libello pe-
titam explicat, & determinat; Vinn. ad inst. de att. §. 32. n. 4. Li-
mitatur tamen superius, nisi natura negotii non admittat certam
sententiam; sic enim uti incerta peritio actoris sustinetur, ita quo-
que incerta sententia admittitur; Exemplum hujus est in obliga-
tione generis, item in alternativâ, L. 75. §. illud. 7. in fin. ff. V. Oo-
extali enim, si agatur, judex non nisi generaliter aut alternativè
pronuntiare potest, ne ferendo certam tententiam reo auferat
jus electionis. arg. §. 33. Inst. de att. sic & in noxalibus actionibus
rectè pronunciarur: decem, aut noxae dato. Ita si quis ex L. 2. C. de
rescindenda vendit. vel ad supplementum ejus, quod sibi secun-
dum justitiam debetur, vel ad rescindendum negotium agat, ju-
dex non ad unum horum condemnare potest reum conventum,
sed ita pronuntiare tenetur, uti petitum. B. Brunnem. Ex. 28. ad
inst. de att. §. 32. n. 7. Causatur & factum adversarii incertitudi-
nem, v. gr. quando quis decimas petitas recipit, non admissio a-
genti ad decimationem; ut tum sufficiat ex incertâ petitione in-
certam proferre sententiam condamnatoriam solutionis decima-
rum, vel estimationem earum, prout conclusum per Actorem,
relicta liquidatione earum post sententiam, per juramentum in-
item vel per probationes, L. si quando. 9. C. unde vi, que repeti-
tur in c. ult. x. quod metus causa. Quod etiam procedit in peri-
tione rerum universalium, hæreditatis, dœcis, tutela, &c. quatenus
incertitudo versatur tantum circa quantitatem, nam si de ipso
universalis non constaret, vitaret incertitudo. L. fin. Cod. de sent.
que sin. cert. quant. Earbola p. 3. rubr. soluto matrim. n. 44.

Est & incerta Actio ejus quod interest. Judicis tamen est, condemnationem concipere, quatenus possibile, certam; ideoque diligenter inquirere debet, quanti constiterit interesse agentis, juxta placiti fidem rem fuisse restitutam, ut certa taxetur quantitas; *L. 3. in fin. C. de inutil. stipul.* Quæ positio facilis non est, cùm-
unque non semper liqueat, quatenus cujusquam interfit, quoni-
am res à facto dependet, *L. quatenus 24. ff. de R. 7.* quod incer-
tum, & varium, pro cuius etiam varietate varia inducitur, ratio-
eius quod interest, modò major, modò minor quam res est, mo-
dò omnino æquiparanda rei, circa quam incidit utilitatis ratio.
Hinc plerumque dubitationes infinitas suboriri videas tam ex in-
numeris litigantium controversiis quam judicum, obtenuem aur-
nullam rerum experientiam, & legalis æquitatis ignorantiam, per-
plexitate; tam super probabilitate damnorum quæ prætenduntur,
& impugnantur, quam super moderatione totius summæ, an
sc. in totum taxari debeat, an certam excedere, & qualem, & qui-
bus in casibus?

Cui malo Justinianus tandem remedium posuit in *L. unica*,
C. de sent. quæ pro eo, quod interest, profer. Ubi istam prolixitatem,
de quâ egimus, laudatissimus Imperator, prout fuit possibile (quia
absolute ac determinatè definiiri non potest, quod facti est, cùm
in circumstantiis sui cujusque subjecti casus consistat, *Leg. de ac-
cessionibus. 14. pr. in f. de divers. & temporal. prescr.*) in angustum
coarctavit, judicibus modum praescribens, quem sequantur in ta-
xatione ejus, quod interest; ita ut in omnibus casibus qui certam
habent quantitatem vel naturam, veluti in venditionibus & loca-
tionibus, & omnibus contractibus, interesse per tententiam defi-
niendum dupli quantitatem excedat minimè: in iis vero casibus,
qui incerti videntur, Imp. voluit judices, factâ diligentî disquisi-
tione, damnum æquè ac lucrum estimare, atque ex bono & æ-
quo sententiam ferre, sine omni fraude & machinatione.

Sententiam sequitur ipsa executio, veluti ultimum proce-
fus remedium. LL. enim non prodescent, nisi forent, qui jura
execuantur. *L. 2. §. post. 13. ff. de Orig. Jur. Cammerger. Ordin.*
p. 3. tit. 48. §. Ein jedes Urtheil. vers. so nicht gebührliche:
Vollstreckung beschicht/ bringt wenig Frucht. Legiti-
ma enim executio sententiam sequitur, ut effectus causam, & me-
lius

Ille est litem non determinare, quām benē terminatam non exequi. *Ruland, de Commiss. lib. 2. cap. 27. num. I.* Ne igitur in puncto executionis novo processu indigeatur, & ita lis ex lite oriatur, contra *L. terminato. 3. C. de fruct. & lit. exp. L. minor ff. de minor.* Judici providendum, ut certius & citius tententia executioni mandetur. *L. si pretor. ff. de jud. L. un. ff. si quisquis dic. non obtemp.*

Quod si igitur quisvis Primae Instantiae processus ad praescriptum hactenus modum diligenter & exacte observetur, impossibile est, quin ultra triennium litis instantia duret, inquit quæcunque ferè lites anni spatio finirentur,

Lites autem quibus aut accelerandis aut finiendis Ego imparsum, omnes Supremo litium Definitori piè relinquam: multarum enim alterationum & litum finis rejiciendus est in illud ævum, quo sublato speculo & ænigmate, videbimus Dëum de facie in faciem, qui nostram expiat iniquitatem, & justitiam adducet duraturam in seculum seculi. *Dan. c. 9. v. 24. Benst. in Enarr. Evang. p. 210.*

Ad Té ergo, Sanctissime Deus, supplices provolvimur, servanos in viis tuis, quibus notum fecisti abunde, quām triste sit lucrum, cotius mundi usurpā perdere animam, & salutis aeternæ ineffabile bonum!

Te denique, benevole Lector, hoc unum potissimum velim: si quid expectatione dignum offerunt presentes pagellæ, illud benignè acceptum feras; si quid infirmum appareat, vel minus commode dictum, mihi ignoscas, cui per alienas occupationes jam non licuit attius repetere, quod materia dignitas efflagitat. Neque inde gloriosam accipiari, verum potius aliquarum horarum inaugurations responsioni materiam substernere idoneam in votis habui.

SOLI DEO GLORIA.

COROL.



COROLLARIA.

I.

Fundare regalia divisionem recipiunt.

II.

Filia renunciāns feudo favore stemmatis & nominis non perpetuō, sed duntaxat quamdiu masculi extinerint, exclusa censetur.

III.

Concubinatus de jure Canon. permittitur.

IV.

Vidua dicitur, quae nec habet, nec unquam habuit virum.

V.

In transactionibus, Remedium L. 2. C. de R. V. locum non habet.

VI.

Pater impensas in studia filii, vel adipiscendam dignitatem, puta Doctoratus, Licentiae, Magisterii. &c. factas repetere nequit, licet easdem in libro rationum annotaverit. Nec haec in computationem veniunt.

VII.

Frater dives fratri egeni vel sorori viētum præbere tenetur, & ad id Inclito Imp. Cam. Jud. per Mandata compulsoria de præstandis aliment. S. C. cogi potest, nec repetitionem habet.

Applau-

*Applausus enigmaticus ad Doctoratus
Lauream.*

Lambitur à te Lex LAMMERTZ & ma-
xima praxis,

ALege haud claudus, practica mille
dabunt.

Magnus eris claudus, cum praxis clauditur
ære,

Major eris, praxin Legibus admoveas.

Excelsti à PULIAN praxin te discere dicas,

Rectè ideò doctum nunc GODE-
FRIDE tuum

Tu thema sumpsistī de litibus abbreviandis,

ZUM-PÜTZ hinc lāto gratulor ex
animo.

Tuus addic̄tissimus Servus & Patriota.

Progr. Godefridus Lammerts, Ubias.

Anagr. Subi: ut addis Regum flores!

LEMMA.

JVshortVs, Legesq; Verosæ, sInt-septa potestas
aVthorVM, fLeXVs & JVgaDVra, Labor.

EPIGRAMMA.

eLYsIIIs arVIIs CoMp̄ar apVD arVa QVIrInI
hortVS sVaVIIs t̄est, IntegrItatIs opVs.

88

eX propriIS pLantans regVM sapIentIa CInqIz
septIs JVstItIx JVre, JVVanDo JVbenc.
en, VloLærIDent, eXIInde roseta VIresCVnt,
SVaVIter Vt JVstI-natDa -niana fragant.
se DLab YrInthæIS ea fLeXlbVS arVareCeDVnt,
pLVrlbVs Is CoLLes CaLLibVS hortVs habet.
VeCtVs cò, Jonatha fratre te, goDefrIDe, reperto
gaVDens eXVLto fIXVs honore tVo,
eX LabIrInthIaCIs te fLeXlbVs hIsCe trIVMphos.
aCqVIslsse tIbI, gratVlor eCCe tIbI.
faVCIbVs erIpVI sapIentIa MInotaVrI
te tVa, per fLeXas te reVehenDo VIas.
nVnc tIbI regaLes Lege fLores, aDDe seCVrVs
VIttas, eXpeCtat LaVrea fLeXa CapVt.
LVX hVCVs sqVe Latens, sVper InDIta CanDeLabro
tV LVstra noCtes, aC nebVLosA forI.
SI te JVra Vrgent, breVIter post præfIta, gaVDs,
SI sIC JVra VoLVnt, protrahe JVre forVM.
LIteIs attenDas, DanaasqVe perVre kaLenDas;
eX æstate rosas, eX nIVe VoLVe rVbos
Vt Versâ VIta pLaVDas eX perpete VIta
teqVe CoronabVnt sIDera , serta DabVnt.

ea CeClnlt aLter tVVs.
VVILheLMVs henrICVs gatzen JVLIas,
hortl eVVs & rosa CVLtor.

F I N I S

gl
Net
s' haben
eretto
Aphos
IVs
t/
De Labra
VDe,
VM.
is,
s,
nt.
Llas,





